deum fatentur munere.
Lauacrum puri gurgitis.
celestis agnus attigit.
peccata que non detulit.
nos abluendo sustulit.
Nouum genus potentie.
aque rubescunt ydrie.
vinumq; iussa fundere.
mutauit vnda originem.
Summo parenti gloria.
nato q; laus q; maxima.
cum sancto sit spiramine.
nunc et per omne seculum.

De eodem Hymnus Ameter Jambico similis.

A patre vnigenitus.
ad nos venit per virginẽ.
baptisma cruce consecrans.
cunctos fideles generans.
E celo celsus prodijt.
excepit formam hominis.
facturam morte redimens.
gaudia vite largiens.
O te redemptor quesumus.
illabere propicius.
clarumq; nostris sensibus.
lumen prebe fidelibus.
Mane nobiscum domine.
noctem obscuram remoue.
omne delictum ablue.
et pie medelam tribue.
Quem iam venisse nouimus.
redire item credimus.
sceptroq; tuo inclito.
tuum defende populum.
Gloria tibi domine.
qui apparuisti hodie.
cum patre et sancto spiritu.
in sempiterna secula.

De eodem Ad laudes.

Gratuletur omnis caro.
nato christo domino.
qui pro culpa prothoplasti.
carnem nostram induit.
vt saluaret quod plasmauit.
dei sapientia.
Verbũ dei factum caro.
nascitur ex virgine.
non amisit deitatem.
formam serui suscepit.
vt peccatum de peccato.
damnaret omnipotens.
Magnam nobis cõmendauit.
per ioannem gratiam.
baptisatus in iordane.
lauit mundi crimina.
vt credentium purgaret.
gentium piacula.
Quem vox paterna vocauit.
ecce meus filius.
in quo mihi cõplacui.
celi terre dominus.
ipsi gentes obedite.
reges'q; subdimini.
Gloria eterno patri.

et agno mitissimo.
qui frequenter immolatur.
permanetq; integer.
vnus deus in natura.
cum sancto spiramine.

Infra octauam ephie himnus Jambicum archilochium.

Iesus refulsit omnium.
pius redemptor gentium.
totum genus fidelium.
laudes celebret dragmatum.
Quem stella natum fulgida.
monstrat micans in ethera.
magos q; duxit preuia.
ipsius ad cunabula.
Illi gaudentes paruulum.
pãnis adorant obsitum.
verum fatentur et deum.
munus ferendo mysticum.
Laus trinitati debita.
honor potestas gloria.
perenniter sit omnia.
per seculorum secula.

De eodem Jambicum archilochium.

Venũ ter annorũ ciclis.
iam per te viuẽs corpis.
lympham petit baptismatis.
cunctis carens cõtagijs.
Felix ioannes mergere.
illum tremescit flumine.
potest qui suo sanguine.
peccata cosmi tergere.
Vox ergo prolem de polis.
testatur excelsi patris.
virtus q; adest pneumatis.

sancti patris charismatis.
Nos christe subnixa prece.
precamur omnes protege.
qui precipis rubescere.
potenter ydrias aque.
Presta benignum sedulo.
solamen adiutorio.
raptos q; nos e tartaro.
regnare fac tecum polo.

Dominica pma post octauas ephie ad vesperas Carmẽ iambicum dimetrum.

Deus creator omnium.
poliq; rector vestiens.
diem decoro lumine.
noctem saporis gratie.
Artus solutos vt quies.
reddat laboris vsui.
mentes q; fessas alleuet.
luctusq; soluat anxios.
Grates peracto iam die.
et noctis exortu preces.
voti reos vt adiuuẽs.
hymnum canentes soluimus.
Te cordis ima concinant.
te vox canora concrepet.
te diligat castus amor.
te mens adoret sobria.
Vt cum profunda clauserit.
diem caligo noctium.
fides tenebras nesciat.
et nox fideli luceat.
Dormire mentem ne sinas.
dormire culpa nouerit.
castos fides refrigeret.
somni vaporem temperet.
Exuta sensu lubrico.
te cordis alta somnient.
ne hostis mundi dolo.

pauor quietos suscitet.
Xp̄m rogemus et patrem.
christi patrisq̧ spiritum.
vnus potens per omnia.
foue peccantes trinitas.

Dominicis diebus Ad vesperas secundas Jambicum vt p̄cedens.

Lucis creator optime.
lucem dierum proferens.
primordijs lucis noue.
mundi parans originem.
Qui mane iunctum vespere.
diem vocare precipis.
tetrum chaos illabitur.
audi preces cum fletibus.
Ne mens grauata crimine.
vite sit exul munere.
dum nil perenne cogitat.
se seq̧ culpis illigat.
Celorum pulset intium.
vitale tollat premium.
vitemus omne noximum.
purgemus omne pessimū.
Presta pater pijssime.
patriq̧ compar vnice.
cum spiritu paraclito.
et nunc et inperpetuum.

De sancto blasio Sapphicon sicut precedens.

Martiris sctm̄ celebrādo festū.
laudib⁹ xp̄m resonem⁹ altū
cuius et nutu meruit supernam
blasius aulam.
Hic honorādus dn̄i sacerdos.
et suis quōdā venerād⁹ heros.
obtulit multis medic⁹ fidelis.
dona salutis.
Celit⁹ summū capiēs vigorē.
maximā plebē docuit p orbem.
plibus signis mōitisq̧ crebris
moribus almis.
Plimas tādē patiēdo penas.
sanguinis fusa cruciatur vnde.
carne laxat⁹ penetrauit alte.
spiritus astra.
Te simul fusis p̄cib⁹ rogamus.
ciuiū fautor moneas tuorū.
ad thronū xp̄i memor esto nr̄i.
optime blasi.
Si cui fixū latet os in ore.
aut nocēs q̄cq̧ male gutt egit.
hic tui dignā capiat medelā.
Muneris aptam.

In purificatione sancte marie virginis Carmen sapphicum cum adomico dimetro.

Quod chorus vatū venerādus olim.
spiritu sancto cecinit repletus.
in dei factum genitrice cōstat
esse maria.
Hec deū celi dn̄mq̧ terre.
virgo ɔcepit pepitq̧ virgo.
atq̧ post partū meruit manere
inuiolata.
Quē senex iust⁹ symeō i vlnas
in domo sumpsit dn̄i gauisus.
ob qd̄ optauit proprio videre.
lumine christum.
Tu libens vot̄ petim⁹ p̄cantū
regis eterni genitrix faueto.
claraq̧ celsi retinens olympi.
regna peristi.
Sit deo nr̄o decus ⁊ potestas.
sit salus semp sit honor perennis.

qui poli sūma residet in arce.
trinus et vnus.

Sabbato ī septuagesima hymnus ameter et solutus.

Cantemus cuncti melodum nunc allā.
In laudibus eterni regis hec plebs resultet allā.
Hoc deniq̧ celestes chori cantent in altum allā.]
Hoc beatorum per prata paradisiata psallat concentus allā.
Quin et astrorum micantia luminaria iubilent altū allā.
Nubium cursus ventorum volatus vulgurū coruscatio tonitrum sonitus dulce consonent simul alleluia.
Fluctus et vnde ymber et procelle tēpestas et serenitas cauma gelu nix pruine saltus nemora pangant allā.
Hinc varie volucres creatori laudibus concinite cum angelis alleluia.
Ast illinc respondeāt voces alte diuersarum bestiarum allā.
Istinc montium celsi vertices sonent alleluia.
Illinc vallium profunditates saltent alleluia.
Tu quoq̧ mare iubilās abysse dic alleluia.
Nec non terrarum moles imensitas alleluia.
Nunc omne genus humanum laudans exultet alleluia.
Et creatori grates frequentās consonet alleluia.
Hoc deniq̧ nomen audire iugiter delectatur alleluia.
Hoc etiam carmen celeste comprobat ipse christus allā.
Nunc vos o socij cantate letantes alleluia.
Et vos pueruli respōdete semper alleluia.
Nunc omnes canite simul allā domino alleluia christo pneumaticq̧ alleluia.
Laus trinitati eterne allā allā allā allā allā allā.

Dominica septuagesime in secūdis vespis Hymnꝰ ameter.

Dies absoluti pretereunt.
dies obseruabiles redeūt
tempus adest sobrium.
queramus puro corde dn̄m.
Hymnis et in confessionibus.
iudex complacabitur.
dn̄s non negat hic veniam.
qui vult vt homo petat gratiā.
Post iugū fuile pharaonis.
post cathenas dire babylonis.
liber homo patriam.
querat celestem hierosolymam.
Fugiamus de hoc exilio
habitemus cum dei filio.
hoc decus est famuli.
si sit coheres sui domini.
Sis christe nob dux huiꝰ vite.
memento ꝙ sumus oues tue.
pro quibus ipse tuam.
pastor ponebas morte aīam.
Gloria sit patri et filio.
sancto simul paraclito.
sicut erat pariter.

in principio et nunc et semper.

Dominica prima quadragesime Ad vesperas Jambicũ Archilochium.

Ex more docti mystico.
seruemus hoc ieiunium.
deno dierum circulo.
ducto quater notissimo.
Lex et prophete primitus.
hoc protulerũt post modum.
christus creauit omnium.
rex atq3 factor temporũ.
Utamur ergo parcius.
verbis cibis et potibus.
somno iocis et artius.
perstemus in custodia.
Uitemus autem pessima.
que subruunt mentes vagas.
nullumq3 demus callido.
hosti locum tyrannidis.
Dicamus omnes cernui.
clamemus atq3 singuli.
ploremus ante iudicem.
flectamus iram vindicem.
Nostris malis offendimus.
tuam deus clementiam.
effunde nobis desuper.
remissor indulgentiam.
Memento q3 sumus tui.
licet caduci plasmatis.
ne des honorem nominis.
tui precamur alteri.
Laxa malum quod gessimus.
auge bonum quod poscimus.
placere quo tandem tibi.
possimus hic et perpetim.
Presta beata trinitas.
concede simplex vnitas.
vt fructuosa sint tuis.
ieiuniorum munera.

De eodem Ad completorium Jambicum dimetrum.

Christe qui lux es et dies.
noctis tenebras detegis.
lucisq3 lumen crederis.
lumen beatum predicans.
Precamur sancte domine.
defende nos in hac nocte.
sit nobis in te requies.
quietam noctem tribue.
Ne grauis somnus irruat.
nec hostis nos surripiat.
nec caro illi consentiens.
nos tibi reos statuat.
Oculi somnum capiant.
cor semper ad te vigilet.
dextera tua protegat.
famulos qui te diligunt.
Defensor noster aspice.
insidiantes reprime.
guberna tuos famulos.
quos sanguine mercatus es.
Memento nostri domine.
in graui isto corpore.
qui es defensor anime.
adesto nobis domine.
Ad te clamamus domine.
noli nos derelinquere.
festina ne tardaueris.
succurre nobis miseris.
Deo patri sit gloria.
eiusq3 soli filio.
cum spiritu paraclito.
et nunc et in perpetuum.

De eodem Jambicum vt pre-

cedens.
Clarum decus ieiunij.
monstrat orbi celitus.
quod christus auctor omnium.
cibis dicauit abstinens.
Hoc moyses carus deo.
legis q; lator factus est.
hoc helyam per aera.
curru leuauit igneo.
Hinc daniel mysterium.
victor leonum viderat.
per hoc amicus intimus.
sponsi ioannes claruit.
Hec nos sequi dona deus.
exempla parsimonie.
tu robur auge mentium.
dans spiritale gaudium.
Presta pater per filium.
presta per almum spiritum.
cum his per euum triplici.
vnus deus cognomine.

De eodem Ad laudes Hymnus ameter Jambico similis.

Amorem sensus erige.
ad te largitor venie.
vt fias clemens cordibus.
purgatis inde sordibus.
Benigne multum domine.
tu lapsum scis in homine.
infirma est materia.
versamur in miseria.
Causa tibi sit agnita.
nulla mens est incognita.
aufer a nobis omnia.
fallentis mundi somnia.
Diues pauper effectus es.
pro nobis crucifixus es.
Lauans e tuo latere.
nos munda vita vetere.
Externi huc aduenimus.
in exilio gemimus.
tu portus es et patria.
duc nos ad vite atria.
Felix que sitit charitas.
te fontem vite veritas.
beati valde oculi.
te speculantis populi.
Grandis est tibi gloria.
tue laudis memoria.
quã sine fine celebrant.
qui cor ab imis eleuant.
Hoc vt possimus domine.
presta in tuo nomine.
sine quo labor deficit.
et digne nihil efficit.

Dominica .2. quadragesime Jambicum dimetrum.

Audi benigne conditor.
nostras preces cũ fletibus.
in hoc sacro ieiunio.
fusas quadragenario.
Scrutator alme cordium.
infirma tu scis virium.
ad te reuersis exhibe.
remissionis gratiam.
Multum quidem peccauimus.
penas q; comparauimus.
sed cuncta qui solus potes.
confer medelã languidis.
Sic corpus extra conteri.
dona per abstinentiam.
ieiunet vt mens sobria.
a labe prorsus criminum.
Presta beata trinitas.
concede simplex vnitas.
vt fructuosa sint tuis.
ieiuniorum munera.

Dominica .3. q̄dragesime ad matu. Jambicum ametrum.

Summi largitor premij.
spes qui es vnica mundi.
preces intende seruorũ.
ad te pie clamantium.
Nostra te conscientia.
graue offendisse monstrat.
quam emunda supplicamus.
ab oībus piaculis.
Si renuis quas tribuit.
indulge quia potens es.
si corde rogamus mundo.
certe debes ex promisso.
Ergo acceptare nostrum.
qui sanxisti ieiunium.
quo mystice paschalia.
capiamus sacramenta.
Summa nobis hec conferat.
et adoranda trinitas.
in qua gloriatur vnus.
per cuncta secula deus.

De eodem Jambicum archilochium dimetrum.

Jesu quadragenarie.
dicatur abstinentie.
qui ob salutem mentium.
hoc sanxeras ieiunium.
Quo paradiso redderes.
seruata parsimonia.
quos inde gastrimargie.
huc illecebra depulit.
Adesto nunc ecclesie.
adesto penitentie.
qua pro suis excessibus.
orat pro fusis fletibus.
Tu retroacta crimina.
tua remitte gracia.
et a futuris adhibe.
custodiam mitissime.
Ut expiati annuis.
ieiuniorum victimis.
tendamus ad paschalia.
digne colenda gaudia.
Presta pater per filium.
presta per almũ spiritum.
cum his per euum triplici.
vnus deus cognomine.

Dominica in passione Jambicũ vt precedēs fortunat⁹ eps auctor.

Uexilla regis prodeunt.
fulget crucis misterium.
quo carne carnis conditor.
suspensus est patibulo.
Quo vulneratus insuper.
mucrone diro lancee.
vt nos lauaret crimine.
manauit vnda sanguine.
Impleta sunt q̄ concinit.
dauid fidelis carmine.
dicendo nationibus.
regnauit a ligno deus.
Arbor decora et fulgida.
ornata regis purpura.
electa digno stipite.
tam sancta membra tangere.
Beata cuius brachijs.
secli pependit precium.
statera facta est corporis.
predamq̧ tulit tartaris.
O crux aue spes vnica.
hoc passionis tempore.
auge pijs iusticiam.
reis q̧ dona veniam.
Te summa deus trinitas.
collaudat omnis spiritus.
quos per crucis mysteriũ.
saluãs rege per secula.

De eodem Jambicum vt precedens.

Lignum crucis mirabile.
olim per orbem prenitet.
in quo pependit innocens.
christus redemptor omnium.
Hec arbor est sublimior.
cedris quas habet libanus.
que poma nescit noxia.
sed ferre vite premia.
Tu christe rex pijssime.
huius crucis signaculo.
horis momentis omnibus.
munire nos non abnuas.
Ut ore tibi consono.
et corde deuotissimo.
possimus omni tempore.
referre laudes debitas.

In anunciatione Trochaicū Sodaticum nō excultum. vel potius ametrum.

Aue mar3 stella dei mr̄ alma.
atq3 sp v̄go felix celi porta
Sumēs illud aue gabrielis ore
funda nos in pace mutans nomeneue.
Solue vincla reis profer lumē cecis.
mala nr̄a pel'e cūcta bōa posce.
Monstra te esse matrem sumat per te precem.
qui p nob natus tulit esse tu9.
Uirgo singlaris iter oēs mit3.
nos culpis solutos mites fac ꝛ castos.
Uitā pstā purā iter para tutū.
vt videtes iesū sp colletemur.
Sit laus deo patri summū christo decus.
spiritui sancto honor trinus et vnus Amen.

De eodē Jambicū dimetrū.

Fit porta christi peruia.
referta plena gratia.
transit ꝗ rex et permanet.
clausa vt fuit per secula.
Genus superni luminis.
processit aula virginis.
sponsus redemptor conditor.
sue gigas ecclesie.
Honor matris et gaudium.
immensa spes credentium.
per atra mortis pocula.
resoluit nostra crimina.

De eodē Jambicum nō bene mensuratum.

Egrediet emanuel.
quem nunciauit gabriel.
tanꝗ sponsus de thalamo.
virginis matris vtero.
Spiritussancti opere.
sine virili semine.
factus in fine temporum.
homo creator omnium.
Terra nostra fructifera.
germen profert puerpera.
ad eius natalitium.
delens eue flagitium.
Gentium expectatio.
patris descendens solio.
et in israel reliquias.
spiritu misso colligas Amen.

In die palmaꝝ Hymnus carmen elegiacū Auctor theodulphus eps aureliensis.

Gloria laus et honor tibi sit
rex christe redemptor.
Qui puerile decus prompsit
osanna pium.
Israel tu rex dauidis et incly
ta proles.
nomine qui in domini rex bene
dicte venis.
Cetus in excelsis te laudat ce-
litus omnis.
et mortalis homo cuncta crea-
ta simul.
Plebs hebrea tibi cū palmis
obuia venit.
cū pce voto hymnis assumus
ecce tibi.
Hi tibi passuro soluebant mu-
nia laudis.
nos tibi regnanti pangimus ec
ce melos.
Hi placuere tibi placeat deuo-
tio nostra.
rex pie rex clemēs cui bona cun
cta placent.

In cena domini Ode Jambi
ca dimetra.

Rex christe factor omnium.
redemptor et credentium.
placare votis supplicum.
te laudibus colentium.
Cuius benigna gratia.
crucis per alma vulnera.
virtute soluit ardua.
primi parentis vincula.
Qui es creator siderum.
tegmen subisti carneum.
dignatus hanc vilissimam.
pati doloris formulam.
Ligatus es vt solueres.
mundi ruentis complices.
per probra tergēs crimina.
que mundus auxit plurima.
Cruci redemptor figeris.
terram sed omnem cōcutis.
tradis potentem spiritum.
nigrescit atqꝫ seculum.
Mox in paterne glorie.
victor resplendens culmine.
cū spiritus munimine.
defende nos rex optime.

In die parascheues ad oratio
nem crucis Carmē trochaicū
alcmanio et euripidio alternā-
tim currens Fortunatus epus
auctor.

Crux fidelis inter omnes.
arbor vna nobilis.
nulla silua talem profert.
fronde flore germine.
Dulce lignum dulces clauos.
dulce pondus sustinet.
Pange lingua gloriosi.
preliū certaminis.
et super crucis tropheo.
dic triumphum nobilem.
qualiter redemptor orbis.
imolatus vicerit.
De parentis protoplasti.
fronde factor condolens.
quando pomi noxialis.
morsu in mortem corruit.
ipse lignū tunc notauit.
damna ligni vt solueret.
Hoc opus nostre salutis.
ordo depoposcerat.
multiformis proditoris.
ars vt artem falleret.

et medelam ferret inde.
hostis vnde leserat.
Quando venit ergo sacri.
plenitudo temporis.
missus est ab arce patris.
natus orbis conditor.
atque ventre virginali.
caro factus prodiit.
Vagit infans inter arta.
positus presepia.
membra pannis inuoluta.
virgo mater alligat.
et pedes manusque crura.
stricta cingit fascia.
Lustra sex qui iam peracta.
tempus implens corporis.
se volente natus ad hoc.
passioni deditus.
agnus in cruce leuatur.
imolatus stipite.
Hic acetum fel arundo.
sputa clauis lancea.
mite corpus perforatum.
sanguis vnda profluit.
terra pondus astra mūdus.
quo lauantur flumine.
Flecte ramos arbor alta.
tensa laxa viscera.
et rigor lentescat ille.
quem dedit natiuitas.
et superni membra regis.
miti tendat stipite.
Sola digna tu fuisti.
ferre precium secli.
atque portum preparasti.
nauta mundo naufrago.
quem sacer cruor perunxit.
fusus agni corpore.
Gloria eterno patri.
pro salute posito.
gloria vnico eius.
qui creauit omnia.
spiritui quoque sancto.
in sempiterna secl'a Amen.

Sabbato pasche ad benedictionem noui ignis Carmē asclepiadeum Choriambicum Aurelij prudentij.

Inuentor rutili dux bone luminis.
Qui certis vicib⁹ tpa diuidis:
Merso sole chaos ingruit horridum.
Lumen redde tuis christe fidelibus.
Quāuis in nūero sidere regiā:
Lunaremque polū lampade pingeris.
In cussu silicis lumīa: nos tū:
Monstras saxigeno semine querere.
Ne nesciret hō spem sibi lumīs
In christi solido corpe cōditā.
Qui dici stabilē se voluit petrā
Nostris igniculis vnde genus venit.
Pinguis quos olei rore madētibus.
Lychnis ac facibus pascimus aridis.
Quin et fila fauis stirpea floreis.
Presso melle prius collita fingimus.
Viuax flamma viget ceu caua testula.
Succum lyntheolo suggerit ebrio.
Seu pin⁹ piceā fert alimoniā.

Seu ceram teretem stuppa ca
lens bibit.
Nectar deliquido vertice fer⸗
uidum.
Guttatim lachrymis stillat olē
tibus.
Ambustum quoniam vis facit
ignea.
Imbrem de madido flere cacu
mine.
Splēdēt ergo tuis muneribus
pater.
Flammis mobilibus scilicet
atria.
Absentē q3 die lux agit emula.
Quam nox cum lacero victa
fugit peplo.
Sed quis non rapidi luminis
arduam.
Manentēq3 deo cernat originē.
Moses nempe deum spinifero
in rubro.
Vidit conspicuo lumine flam⸗
meum.
Felix qui meruit sentibus in
sacris.
Celestis soliū visere principē.
Iussus nexa pedū soluere vin⸗
cula.
Ne sanctum maculis pollueret
locum.
Hunc ignem populus sangui⸗
nis inclyti.
Maiorum meritis tutus et im⸗
potens.
Suetus sub dominis viuere
barbaris.
Iam liber sequitur longa per
auia.
Quo gressum tulerant castra⸗
q3 cerule.
Noctis per medium concita
mouerant.
Plebem peruigilem fulgure
preuio.
Ducebat radius sole micātior
Sed rex niliaci littoris inuido
Feruens felle iubet preualidā
manum.
In bellum rabidis ire cohor⸗
tibus.
Ferrataſq3 acies clangere clas
sicum.
Sumunt arma viri seq3 mican⸗
tibus.
Accingunt gladijs triste canit
tuba.
Hic fidit iaculis ille volantia.
Prefigit calamis spicula gno
sijs.
Densatur cuneis turba pede⸗
stribus.
Currus pars et equos et volu
cres rotas.
Conscendunt celeres signaq3
bellica.
Pretendūt tumidis clara dra⸗
conibus.
Hinc iam seruitij nescia pstini.
Gens pelusiacis vsta vapori⸗
bus.
Tandē purpurei gurgitis ho⸗
spita.
Rubris littoribus fessa resede
rat.
Hostis dirus adest cum duce
perfido.
Infert et validis plia viribus.
Moses porro suos in mare pre
cipit.

Constans intrepidis tendere gressibus.
Prebent rupta locum stagna viantibus.
Riparum in faciem erui⁊ sistitur.
Circumstans vitreis vnda liquoribus.
Dum plebs sub bifido permeat equore.
Nubes quin etiam decolor asperis.
Irritata odijs rege sub impio
Hebreum sitiens fundere sanguinem.
Audet se pelago credere concauo.
Ibant precipiti turbine pcita.
Fluctus per medios agmina regia.
Sed cōfusa dehinc vnda resoluitur.
In se met reuolans gurgite cōfluo.
Currus tunc et equos telaꝙ naufraga.
Ipsos et proceres et vaga corpora.
Nigrorum videas nare satellitum.
Artis insciciū triste tyrannice
Que tandem poterit lingua retexere.
Laudes christe tuas qui domitum pharon.
Plagis multimodis credere presuli.
Cogis insticie vidice dextera
Qui pontum rapidis estibus inuium.
Persulcare vetas vt refluo in sale.
Securus pateat te duce transitus.
Et mox vnda rapax vt voret impius.
Qui ieiuna heremi saxa loqua cibus.
Exundat scatebris et latices nouos.
Fundit scissa silex que sicientibus.
Dat potum populis axe sub igneo.
Instar fellis aqua tristifico in lacu.
Fit ligni venia mel velut atticum.
Lignum est quo sapiunt aspera dulcius.
Nam prefixa cruci spes hominum viget.
Implet castra cibus tuncquoꝗ celitus.
Illabēs gelida grandine densius.
His mensas epulis hac dape construunt.
Quam dat siderio christus ab ethere.
Nec non imbrifero ventus anhelitu.
Crassa nube leues inuehit alites.
Que conflatu in humum cū semel agmina.
Fluxerunt: reduci nō reuolant fuga.
Hec olim patribus premia cōtulit.

Insignis pietas numinis vnici
Cuius subsidio nos quoqꝫ ve
scimur.
Pascentes dapibus pectora
mysticis.
Fessos ille vocat pfreta secli.
Discissis populū turbinibus
regens.
Iactatasqꝫ aīas mille laborib⁹
Custoꝝ ī patriā scādere pcipit
Illic purpureis tecta rosarijs.
Omnis fragrat hum⁹ cultaqꝫ
pinguia.
Et molles violas ⁊ tenues cro
cos.
Fūdit fonticul' vnda fugacib⁹
Ilic ⁊ gracili balsama surculo
De sudata fluunt raraqꝫ cina⸗
ma.
Spirāt: et foliū fōte qd abdito
Prelabēs fluui⁹ portat ī exitū
Felices aīe prata p herbida.
Cōcētu parili suaue sonātib⁹.
Hymnorū modulis dulce ca⸗
nunt melos.
Calcāt et pedib⁹ lilia cādidis.
Sūt ⁊ spiritib⁹ sepe nocētibus
Penaꝝ celebres sub styge ferie
Illa nocte sacer q̄ redijt deus.
Stagnis ad supos ex acheron
ticis.
Nā sic tenebras ꝺ face fulgida
Surgēs oceano lucifer imbuit
Sic terris dn̄i de cruce tristib⁹
Maior sole nouū restituit diem
Marcent supplicijs tartara mi
tibus.
Exultat qꝫ sui carceris ocio.
Umbraꝝ ppl's liber ab ignib⁹.
Nec feruent solito flumina sul
pbure.
Nos festū trahim⁹ p pia gaudia
Nocte ꝯsilijs votaqꝫ prospera
Certatim vigili ꝯgerim⁹ pce.
Extructaqꝫ agimus liba sacra
rio.
Pendēt mobilib⁹ lumia funib⁹
Que suffixa micāt p laqaria.
Et ꝺ lāguidulis fota natalib⁹
Lucē p spicuo flama iacit vitro
Credas ꝫ stelligeꝝ desup igneū
Ornatū gemis stare trionib⁹.
Et q̄ bosphoreum temo regit
iugum.
Passiꝫ purpureos spargier de
speros.
O res digna deus quē tibi ro⸗
scide.
Noctꝫ pncipio grex tu⁹ offerat
Lucē quā tribuis nil pciosius.
Lucē q reliquē pmia cernimus
Tu lux vera oculis: lux quoqꝫ
sensibus.
Intus tu specl'm: tu speculum
foris.
Lumen quod famulans offero
suscipe.
Tinctū pacifici chrismatis vn⸗
guine.
Per xp̄m genitū sūme pr̄ tuū.
In quo visibilis stat tibi glīa.
Qui noster dn̄s ꝙ tu⁹ vnicus.
Spirat ꝺ patrio corde paclit⁹.
Per quē splendor honos laus
sapientia.
Maiestas bonitas ⁊ pietas tua
Regnū ꝯtinuat numie triplici.
Texens ꝑpetuis secula seculis

Ad baptismū Carm ē trocbai⸗

cum sicut crux fidelis sed nō exacto mensuratis pedibus.

Rex sanctorū angelorū totū mundum adiuua. ora primū tu p nobis. virgo mater germinis. et ministri patris summi. ordines angelici. Supplicate christo regi. cetus apostolici. suppliceto per magnorum. sanguis fusus martyrum. Implorate confessores. consoneq virgines. quo donetur nobis magis. tempus indulgentie. Omnes sancti atq iusti. vos precamur cernui. vt purgetscrimen omne. vestro suboramine. Huius christe rector alme. plebis vota suscipe. qui plasmasti protoplastum. et genus gignentium. Mitte sanctum nunc amborū. spiritum paraclitum. in hanc plebē quā recentem. fons baptismi parturit. Hac in terra fontis huius. sacratum mysterium. qui pfluxit cum cruore. sacro christi corpore. Et letetur mater sancta. tota nunc ecclesia. ex profectu renascentis. tante multitudinis. Presta pater atq nate. compar sancte spiritus. vt te solum semper omni. diligamus tempore.

Tpe paschali Ad statōem Elegiacū lactantij firmiani.

Salue festa dies toto venerabilis euo.
Qua deus infernum vicit: et astra tenet.
Tempora florigero rutilant distincta sereno.
Et maiore poli lumine porta patet.
Altius igniuomū solem celi orbita ducit.
Qui vagus oceanas exit et intrat aquas.
Armatus radijs elemēta liquētia lustrans.
Hac in nocte breui tendit in orbe diem.
Splendida syncero producunt ethera vultu.
Leticiamq suam sydera clara probant.
Terra ferax vario fūdit munuscula culto.
Cum bene vernarit reddit et annus opes.
Mollia purpureum pingūt violaria campum.
Prata virent herbis: et micat herba comis.
Paulatim subeunt stellantia lumina florum.
Floribus arridēt gramina cūcta suis.
Semine deposito late seges exilit aruis.
Spondēs agricole vincere posse famem.

Claudice defecto lacbrymat sua gaudia palmes.
Unde merum tribuat dat modo vitis aquam.
Cortice de matris tenera lanugine surgens.
Preparat ad ptũ turgida gemma sinum.
Sub qȝ hyemis tempus foliorum crine refuso.
Iam reparat viridans frõdea tecta nemus.
Mixta salix: abies. corul?: siler: vlmus: acer: nux.
Plaudit queqȝ suis arbor amena comis.
Constructura fauos apis hinc aluearia linquens.
Floribus in strepitans poplite mella rapit.
Ad cãtus reuocatur auis: que carmine clauso.
Pigrior hyberno frigore muta fuit.
Hinc philomela suis attemperat organa cãnis.
Fit qȝ repercusso dulcior aura melo.
Ecce renascentis testat̃ gratia mundi.
O ia cũ dño dona redisse suo.
Namqȝ triunphãti post tristia tartara christo.
Undiqȝ fronde nemus: gramina flore fauent.
Legibus inferni oppressis super astra meantem.
Laudant rite deum lux: polus arua: fretum.
Qui crucifixus erat deus ecce per omnia regnat.
Dantqȝ creatori cuncta creata precem.
Nobilitas anni: mensum: lux alma dierum.
Horarum splẽdor stridula. cuncta fauent.
Hinc tibi silua comis: plaudit quoqȝ campus aristis.
Hinc grates tacito palmite vitis agit.
Hinc tibi nunc auium resonãt virgulto susurro.
Has inter nimio passer amore canit.
Christe salus rerum: bone conditor. atqȝ redemptor.
Una pgenies ex deitate p̃ris.
Irrecitabiliter manans de corde parentis.
Uerbum subsistens: et patris ore potens.
Equalis: cõcors: socius: cum patre coeuus.
Quo sumpsit mundus principe principium.
Ethera suspendis: sola congeris: equora fundis.
Queqȝ locis habitant: que moderata vigent.
Qui genus humanum cernẽs mersisse profundo.
Utqȝ hominem eriperes: es quoqȝ factus homo.
Nec nostro tantũ voluisti e corpore nasci.
Sed caro que nasci pertulit atqȝ mori.
Funeris exequias pateris vite auctor: et orbis.

Intras mortis iter dando sa-
lutis opem.
Tristia cessarunt inferne vincu
la legis.
Expauitq chaos luminis ore
premi.
Depereunt tenebre christi ful-
gore fugate.
Eterne noctis pallia crassa ca-
dunt.
Solicitam: sed redde fidem p̄-
cor: alma potestas.
Tertia lux rediit. surge sepul-
te meus.
Non decet vt vili tumulo tua
membra tegantur.
Non precium mūdi vllia saxa
premant.
Indignum est cuius claudun-
tur cuncta pugillo.
Vt tegat inclusum rupe vetan-
te lapis.
Lintea tolle precor: sudaria lin
que sepulchro.
Tu satis es nobis: et sine te ni
hil est.
Solue cathenatas inferni carce
ris vmbras.
Et reuoca sursum quicquid ad
ima ruit.
Redde tuam faciem: videāt vt
secula lumen.
Redde diem: qui nos te moriē
te fugit.
Sed plane implesti remeās pie
victor olympi.
Tartara pressa iacent: nec sua
iura tenent.
Inferus insaturabiliter caua
guttura pandēs.
Qui raperet semper fit tua pre
da deus.
Eripis innumerum populum
de carcere mortis.
Et sequitur liber: quo suus au-
ctor abis.
Euomit absorptam pauide fe-
ra belua plebem.
Et de fauce lupi subtrahit ag-
nus oues.
Hinc tumulum repetens post
tartara carne resumpta.
Belliger ad celos ampla tro-
phea refers.
Quos habuit penale chaos;
iam reddidit iste.
Et quos mors peteret hos no
ua vita tenet.
Rex sacer ecce tui radiat pars
magna trophei.
Cum puras animas sacra la-
uacra beant.
Candidus egreditur nitidis
exercitus vndis.
Atq vetus vitium purgat in
amne nouo.
Fulgētes animas vestis quo-
q candida signat.
Et grege de niueo gaudia pa-
stor habet.
Additur hac felix concors mer
cede sacerdos.
Qui dare vult domino dupla
talenta suo.
Ad meliora trahens gentili er-
rore vagantes.
Bestia ne rapet munit ouile dī.
Quos prius eua nocens infe-
cerat: hos mōdo reddit.
Ecclīe pastor vbere lacte sinu-

Tempore paschali Sapphicō endeca syllabon tetrastrophon

Vita sanctorꝝ decꝰ angelorꝝ.
vita cunctorū pariter piorū.
christe q̄ mortis moriēs ministrum
exuperasti.
Tu tuo letus famulos tropheo
nunc in his sua placidis diebꝰ
in q̄bus sanctū celebratur om̄e.
pascha per orbem.
Pascha q̄ victor rediēs ab imo
atq̧ cū multis aliīs resurgens.
ipse susceptā sup alta carnem.
astra leuasti.
Nūc in excelsis dn̄s refulgens
et supra celos deus eleuatus.
inde vēturus homo iudicatus.
denuo iudex.
Corda tu sursum mō nr̄a tolle.
quo pr̄i dexter residēs in alto.
ne resurgentes facias in ima.
precipitari.
Hoc pr̄ tecū hoc idē sacratus.
p̄stet amborꝝ pie xp̄e flatus.
cū q̄bus regnas deꝰ vnus omī
iugiter euo.

De eodem Jambicum ametrꝝ

Ad cenā agni prouidi.
et stolis albis candidi.
post transitum maris rubri.
christo canamꝰ principi.
Cuius corpus sanctissimū.
in ara crucis torridū.
cruore eius roseo.
gustando viuimus deo.
Protecti pasche vespere.
a deuastante angelo.
erepti de durissimo.
pharaonis imperio.
Jam pascha nostrū xp̄s est.
qui imolatus agnus est.
synceritatis azyma.
caro eius oblata est.
O vere digna hostia.
p quā fracta sunt tartara.
redempta plebs captiuata.
redit ad vite premia.
Cum surgit christus tumulo.
victor redit de baratro.
tyrannū trudens vinculo.
et reserans paradisum.
Quesumus auctor oīm.
in hoc paschali gaudio.
ab omni mortis impetu.
tuum defendas populum.
Gloria tibi domine.
qui surrexisti a mortuis.
cum patre et sancto spiritu.
in sempiterna secula.

In octaua pasche O de Jambica dimetra.

Chorus noue hierusalem.
mellis noua dulcedine.
promat colens cum sobriīs.
paschale festum gaudiīs.
Quo christus inuictus leo.
dracone surgens obruto.
dum voce viua personat.
a morte functos excitat.
Quam deuorarat improbus.
predam refudit tartarus.
captiuitate libera.
iesum sequunt agmina.
Triumphat ille splendide.
et dignus amplitudine.
soli poliq̧ patriam.
vnam facit rempublicam.

Ipsum tenendo supplices.
regem precemur milites.
vt in suo clarissimo.
nos ordinet pallatio.
Per secla mete nescia.
patri supremo gloria.
honor qꝫ sit cum filio.
et spiritu paraclito.
De eodem Jambicū dimetrū
Te lucis auctor psonent.
huius caterue carmina.
quā tu replesti gratia.
anastasis potentia.
Nobis hec dies innuit.
diem supremum sistere.
quo mortuos resurgere.
viteqꝫ fas sit dicere.
Octaua prima redditur.
dum mors abunda tollitur.
dū mente circūcidimur.
nouiqꝫ demum nascimur.
Dum mane nostrū cernimus.
redisse victis hostibus.
mundi luxum. temnim⁹
panē salutis sumim⁹.
Hec alma sit solennitas.
sit clara hec festiuitas.
sit feriata gau dijs.
dies reducta ab inferis.
De eodem Jambicus ameter
hoc est sine mensura vera pedū
et quantitatis.
Aurora lucis rutilans
celum laudibus inton at
mundus exultans iubilat.
gemens infernus vlulat.
Cum rex ille fortissimus.
mortis confractis viribus.
pede cōculcans tartara.
soluit a pena miseros.
Ille qui clausus lapide.
custoditur sub milite.
triunphans pompa nobili.
victor surgit de funere.
Solutis iam gemitibus.
ac inferni doloribus.
qꝛ surrexit dominus.
splendēs clamabat angelus.
Tristes erant apostoli.
de nece sui domini.
quē pena mortis crudeli.
serui damnarunt impij.
De gloriosissimo Milite et
martyre Georigo hymn⁹ sapphicus.
Strennui athlete canim⁹ triunphos.
militis christi: faueas superne.
arbiter vati: pariter canende.
tu qꝫ georgi.
Hercul ē gētes taceāt phane.
atqꝫ vlfortes macedū tyrānos
extulit siquos cecropisqꝫ tellus
romulidumqꝫ.
Glorie tales studuere vane.
in sua extincti quoqꝫ vanitate.
militauit sed dño salutis.
hic meus vni.
Ille terrenis opibus fugatis.
spreuit immūdi pciū qꝫ mundi.
et magistrat⁹ celebres: ꝛ āplos
tempsit honores.
Regie cū cappadocū fuisset.
stirpis: et foelix ditiōis ample.
rector: at christū dñm secutus.
cuncta reliquit.
Miles et christi fideiqꝫ factus.
impios cōtra gladiū tyrannos
strinxit i tēplis simulacra diuū.
vndiqꝫ rumpens.

Hic palestinam dño fauente.
fortꝫ et toruum subigit draconē
Regiam qñ cuperet puellam.
perdere crudus.
Dñ terecentū et nūero carētes.
ad fidem versi populi fuerunt.
cū prius serpēs hoīm vorarET.
milia multa.
Pauca qđ narro gliose martyr
q̄ tuas laudes cupit explicare.
gestit hic vasti bibulas arenas.
noscere ponti.
Nāq3 dū cuncti famuli fideles
territi penis grauibus silerent
ne rotis: furcis: crucib⁹ darent
discruciandi.
Solus ex oī numero tyrannos
impios inter variasq3 penas.
fortiter nomen dñi ꝓfessus.
inter et enses.
Hostis ex diri legione multa.
faucibus rapta sub ouile pr̄is.
tu necis tandem: supos adisti.
munia passus
Iāq3 cū xp̄o emerit⁹ triūphās
milites huius miserare mundi.
bella post carnis vallem⁹ oēs.
scan dere celum.

De inuentione et exaltatione sancte crucꝫ Monoculos Jābica ex trimetro archilochio.

Salue crux sancta salue mun
di gloria.
vera spes nr̄a vera ferēs gaudia.
signū salutꝫ salus in periculis.
vitale lignū vitam portās oīm
Te adorādā te crucē viuificā
in te redempti dulce dec⁹ secli.
semꝑ laudam⁹ sꝑ tibi canimus.
per lignū serui ꝑ te lignū liberi.
Originale crimē necās i cruce
nos a ꝑuatꝫ xp̄e mūda maculis
humanitatē miseratus fragilē.
ꝑ crucē sācta lapsis dona veniā
Protege salua bñdic sāctifica.
pplm cūctū crucis ꝑ signaculū.
morbos auerte corporis ⁊ aīe.
hoc ꝯ signū nullū stet ꝑiculū.
Sit deo pr̄i laus in cruce filij.
sit coequalis laus sancto spūi.
ciuib⁹ sūmis gaudiū sit angel.
honor in mūdo crucꝫ exaltatio
vel inuentio.

De spinea Corona Jambicū ametrum.

Eterne regis glorie.
deuota laudum cantica.
fideles soluant hodie.
pro corona dominica.
Coronat regem omnium.
corona contumelie.
cuius nobis opprobrium.
coronā confert glorie.
De spinarum aculeis.
christi corona plectitur.
qua ministris tartareis.
mundi potestas tollitur.
Corona christi capitis.
sacro perfusa sanguine.
penis solutis debitis.
reos purget a crimine.
Laus christo regi glorie.
pro corone virtutibus.
qua nos reformans gratie.
coronat in celestibus.

De eodem hymnus Trochai

cus non multū cultus.

Sacre christi celebremus.
corone solennia.
et ipsius reuocemus.
ad mentes preconia.
vt impleta comprobemus.
legis vaticinia.
Inter vepres demonstrat.
veruex herens cornibus.
in quo christus figurat.
coronandus sensibus.
deus vnus imolatur.
homo pro hominibus.
Spina rubet inflamatur.
nec tamen conburitur.
ignis spinis coronat.
quo culpa cōsumitur.
nec leditur sed sacratur.
spina dum sic tangitur
Arcam mensam et altare.
sertum ambit aureum.
et sculptura cingit mare.
sacerdotem eneum.
qui nunc christi signant clare.
dyadema spineum.
Sponsum serto coronatum.
isayas meminit.
ad videndum coronatum.
inuitans rex cecinit.
hoc sibilla reuelatum.
sibi prosa concinit.
Gloria et honor deo.
vsqꝫ quo altissimo.
vna patri filioqꝫ.
inclyto paraclito.
cui laus est ꝛ potestas.
per eterna secula.

De eodem hymnus Jambic⁹ dimeter.

In passione domini.
qua datur salus homini.
sit nostrum refrigerium.
et cordis desiderium.
Portemus in memoria.
penas et approbria.
christi coronam spineam.
crucem clauos et lanceam.
Et plagas sacratissimas.
omni laude dignissimas.
acetum fel arundinem.
mortis amaritudinem.
Hec omnia nos sacient.
et dulciter in ebrient.
nos repleant virtutibus.
et gloriosis fructibus.
Laus christo vt.s.
De eodem Sicut precedens.

Lauda fidelis concio.
spine tropheum inclytum.
per quam perit perditio.
viteqꝫ datur meritum.
Nos a puncturis liberat.
eterni patris filius.
cum spinis pungi tolerat.
spinarum culpis nescius.
Dum spinarum aculeum.
christus pro nobis pertulit.
per diadema spineum.
vite coronam contulit.
Plaudat turba fidelium.
ꝙ per spine ludibrium.
purgat creator omnium.
spineti nostri vicium.
Laus christo ꝛc.

De sancto Joanne ante portam latinam Jambicum dime-

trũ hoc est sine recta mẽsura pedum.

Solennis dies rutilat.
qua xp̃o cõregnãs iubilat.
ioannes dei gratia.
et gemma apostolica.
A christo vocatus dulciter.
armato specialiter.
prima dotatur gloria.
inter sanctorum agmina.
Glorificatus corpore.
miro clarescit munere.
locus qui erat vermium.
cibum profert angelicum.
Uita fuit angelicus.
et gratia deificus.
precedens et in premio.
sanctorum choros omnium.
Christi amator vnice.
et vas celestis gratie.
nobiscum sta in acie.
vltimo in examine.
Gloria tibi domine.
qui surrexisti a mortuis.
cũ patre et sancto spiritu.
in sempiterna secula.

De eodem Sicut precedens ametrũ.

Sidus coruscat aureum.
resplendens vt carbuncul⁹
doctor christi mellifluus.
mundum illustrans celitus.
Alta conscendens sidera.
vt auis nobilissima.
mundi profunda referat.
diuinitatem intonans.
Uolatu alto nobilis.
parificatur angelis.
mira de celis referens.
cunctis ꝓphetis preeminet.
Felix oliua ceditur.
et dolio immittitur.
sed pugil christi inclytus.
eripitur diuinitus.

In vigilia ascensionis hymn⁹ Dicolos tetrastropha ex ascle piadeo choriambico et gliconico.

Festum nunc celebre magna q̃z gaudia.
cõpellũt aĩos carmĩa ꝓmere.
cũ xp̃s soliũ scandit ad arduũ.
celorum pius arbiter.
Cõscẽdit iubilãs lct⁹ ad ethera
sanctoꝝ popul⁹ ꝑdicat inclytũ.
cõcinit ꝑiter angelic⁹ chorus.
victoris boni gloriã.
Qui scãdẽs superos vincula vinxerat.
donãs terrigẽis mũera plĩma.
districtus rediet arbiter oĩm.
qui mitis modo transijt.
Oramus dñe cõditor inclyte.
deuotos famlos respice ꝓtege
ne nos liuor edax demonis obruat.
demergat vel in inferos.
Ut cũ flãmiuoma nube reuerteris.
occulta hoim pãdere iudicans
ne des supplicia horrida noxijs
sed iustis bona premia.
Presta hẽ genitor optie marie.
ꝛ tu nate dei ꝛ bone spũs.
regnãs ꝑpetuo fulgida trinitas
per cuncta pie secula.

De eodem Ad completorium Jambicum ametrum.

Iesu nostra redemptio.
amor et desiderium.
deus creator oīm.
homo in fine temporum.
Que te vicit clementia.
vt nostra ferres crimina.
crudelem mortem patiens.
vt nos a morte tolleres.
Inferni claustra penetrans.
tuos captiuos redimens.
victor triunpho nobili.
ad dexteram patris residens.
Ipsa te cogat pietas.
vt mala nostra superes.
parcendo et voti compotes.
nos tuo vultu facies.
Gloria tibi domine.
qui scandis super sidera.
cum patre et sancto spiritu.
in sempiterna secula.

De eodem

Astra polorum supascendit.
xp̄s ad p̄ris dexterā sedēs
victor et auctor noster vbiqꝫ.
Idcirco fratres pāgite melos
huic deo nostro vt mereamur
scandere mēte quo manet ipse.
Gloria simul patri perenni sit
filio spirituiqꝫ almo deo semp
in euum.

De eodem Ad laudes Jambicum archilochium.

Tu xp̄e nostrum gaudium.
manens olympo preditū.
mundi regis qui fabricam.
mundana vincens gaudia.
Hinc te precantes q̄sumus.
ignosce culpis omnibus.
et corda sursum subleua.
ad te superna gratia.
Vt cum rubente ceperis.
clarere nube iudicis.
penas repellas debitas.
reddas coronas perditas
Tu esto nostrū gaudiū
qui es futurū premium.
sit nostra in te gloria.
per cuncta semper secula.
Gloria tibi domine.
qui scandis sup sidera. ꝛc.

In vigilia pentecostes. Ad vesperas Jambicū archilochiū.

Veni creator spiritus.
mentes tuorum visita.
imple superna gracia.
tu que creasti pectora.
Qui paraclitus diceris.
donum dei altissimi.
fons viuus ignis charitas.
et spiritalis vnctio.
Tu septiformis munere.
dextre dei tu digitus.
tu rite promisso patris.
sermone ditans guttura.
Accende lumen sensibus.
infunde amorem cordibus.
infirma nostri corporis.
virtute firmans perpeti.
Hostem repellas longius.
pacemqꝫ dones ꝓtinus.
ductore sic te preuio.
vitemus omne noxium.

Da gaudiorum premia.
da gratiarum munera.
dissolue litis vincula.
astringe pacis federa.
Per te sciamus da patrem.
noscamus atq; filium.
te vtriusq; spiritum.
credamus omni tempore.

De eodem Jambicum vt precedens.

Beata nobis gaudia.
anni reduxit orbita.
cum spiritus paraclitus.
refulsit in discipulos.
Ignis vibrante lumine.
lingue figuram detulit.
verbis vt essent profluı.
et charitate feruidi.
Linguis loquuntur omnium.
turbe pauent gentilium.
musto madere deputant.
quos spiritus repleuerat.
Parata sunt hec mystice.
pasche peracto tempore.
sacro dierum numero.
quo lege fit remissio.
Te nunc deus piissime.
vultu precamur cernuo.
illapsa nobis celitus.
largire dona spiritus.
Dudum sacrata pectora.
tua replesti gratia.
dimitte nunc peccamina.
et da quieta tempora.
Sit laus patri cum filio.
sancto simul paraclito.
nobisq; mittat filius.
charisma sancti spiritus.

De eodem Jambicum vt precedens.

Iam christ⁹ astra ascenderat.
regressus vnde venerat.
promissum patris munere.
sanctum daturus spiritum.
Solennis vrgebat dies.
quo mistice septemplici.
orbe voluto septies.
signat beata tempora.
Dum hora cunctis tertia.
repente mundus intonat.
apostolis orantibus.
deum venisse nunciat.
De patris ergo lumine.
decorans ignis missus est.
qui fida christi pecora.
calore verbi compleuit.

De eodẽ Jambicũ vt p̃cedens

Impleta gaudent viscera.
afflata sancto spiritu.
voces diuersas intonant.
fant dei magnalia.
Ex omni gente cogniti.
grecis latinis barbaris.
cunctisq; admirantibus.
linguis loquuntur omnibus.
Iudea tunc incredula.
vesano tacta spiritu.
ructare musti crapulam.
alumnos christi concrepat.
Sed signis et virtutibus.
occurrit et docet petrus.
falsa profari perfidos.
iohelis testimonio.
Sic christe nũc paraclitus.
per te pius nos visitet.
nouansq; terre faciẽ.
culpis solutos recreet.

De sancta trinitate Jambicū archilochicum.

O lux beata trinitas.
et principalis vnitas.
iam sol recedat igneus.
infunde lumen cordibus.
Te mane laudum carmine.
te deprecemur vespere.
te nostra supplex gloria.
per cuncta laudet secula.
deo patri sit gloria.
eiusq; soli filio.
cum spiritu paraclito.
et nunc et in perpetuum.

De eodem Jambicum vt precedens.

Adesto sancta trinitas.
par splendor vna deitas.
qui extas rerum omnium.
sine fine principium.
Te celorum milicia.
laudat adorat predicat.
triplex q; mundi machina.
benedicit per secula.
Laus patri sit ingenito.
laus eius vnigenito.
laus sit sancto spiritui.
trino deo et simplici.

De eadem Jambicum vt precedens.

Assumus et nos cernui.
te adorantes famuli.
vota q; preces supplicum.
hymnis iunge celestium.
Vnum te lumen credimus.
quod et ter idem colimus.
alpha et o quem dicimus.
te laudat omnis spiritus.

De corpore christi Ad vesperas Diuus thomas aquinas auctor Metrum trochaicum alcmanio et euripidio alternatim currens.

Pange lingua gloriosi.
corporis mysterium.
sanguinis q; preciosi.
quem in mundi precium.
fructus ventris generosi.
rex effūdit gentium.
Nobis natus nobis datus.
ex intacta virgine.
⁊ in mundo conuersatus.
sparso verbi semine.
sui moras incolatus.
miro clausit ordine.
In supreme nocte cene.
recumbens cum fratribus.
obseruata lege plene.
cibis in legalibus.
cibum turbe duodene.
se dat suis manibus.
Verbū caro panē verum.
verbo carnem efficit.
fitq; sanguis christi merum.
et si sensus deficit.
ad firmandum cor syncerum.
sola fides sufficit.
Tantum ergo sacramentum.
veneremur cernui.
et antiquū documentum.
nouo cedat ritui.
prestet fides supplementū.
sensuum defectui.
Genitori genitoq;.
laus et iubilatio.

salus honor virtus quoqꝫ.
sit et benedictio.
procedenti ab vtroqꝫ.
compar sit laudatio.

De eodem Ad completorium Aschlepiadeus Choriambic⁹ ameter et incultus.

Sacris solēnibus iuncta sint gaudia.
et ex precordijs sonent pconia.
recedāt vetera noua sint oīa.
corda voces et opera.
Noctis recolit cena nouissima
qua xp̄us credit agnū ꝛ azima.
dedisse fratrib⁹ iuxta legitima.
pristis indulta patribus.
Post agnū typicū expletꝫ epul'
corpus dn̄icum datū discipl'is
sic totū oīb⁹ qd̄ totū singulis.
ei⁹ fatemur manibus.
Dedit fragilib⁹ corpis ferculū
dedit ꝛ tristib⁹ sanguis poculū
dicēs accipite qd̄ trado vascul'
oēs ex eo bibite.
Sic sacrificiū istud instituit.
cuius officiū cōmitti voluit.
solis p̄sbyteris q̄b⁹ sic cōgruit.
vt sumant et dent ceteris.
Panis angelic⁹ fit pāis hoīm.
dat panis celic⁹ figurꝫ terminū
o res mirabilis mādūcat dn̄m.
pauper seruus et humilis.
Te trina deitas vnaqꝫ poscim⁹
sic tu nos visites sicut te colim⁹
p tuas sēitas duc nos q̄ tēdim⁹
ad lucem quā inhabitas.

De eodem Iambicum dimetrum Archilochium ametrum.

Verbum supernū prodiēs.
nec p̄ris linquēs dexterā.
ad opus suū exiens.
venit ad vite vesperam.
In mortem a discipulo.
suis tradendus emulis.
prius in vite ferculo.
se tradidit discipulis.
Quib⁹ sub bina specie.
carnem dedit et sanguinem.
vt duplicis substantie.
totum cibaret hominē.
Se nascens dedit socium.
cōuescens in edulium.
se moriens in precium.
se regnans dat in premium.
O salutaris hostia.
que celis pandis hostium.
bella premunt hostilia.
da robur fer auxilium.
Vni trinoqꝫ domino.
sit sempiterna gloria.
qui vitam sine termino.
nobis donet in patria.

De eodem Hymnus Iambicum ametrum.

Verbum prodiens a patre.
lumen verum de lumine.
deus de celis humilis.
homo nobis visibilis.
Da vt lege deposita.
tua simus sub gratia.
qui aperis diu clausis.
dans lumen nostris tenebris.
Seruos veni redimere.
tuo sacrato sanguine.
fac nos tecum surgere.
cibatos tuo corpore.
Vt cum sanctis perenniter.

laudes soluamus pariter.
seculorum altissimo.
regi ouantes dño.
Laus sit patri et filio.
spiritui paraclito.
vnitati sit gloria.
per infinita secula.

In vigilia sancti Joannis ba
ptiste Sapphicon endeca syl-
labon Tetrastrophon.

Ut queant laxis resonare fibris
mira gestorum famuli tuorū.
solue polluti labij reatum.
sancte ioannes.
Nuncius celso veniēs olympo
te pr̄i magnū fore nasciturū.
nomen et vite seriem gerende.
ordine promit.
Ille promissi dubius superni.
ꝑdidit ꝓmpte modulos loq̄le.
sed reformasti genit⁹ ꝑempte.
organa vocis.
Uentris obstruso posit⁹ cubili
senseras regē thalamo manētē.
hinc parēs nati meritis vterq̄
abdita pandit.
Antra deserti teneris sub ānis
ciuiū turmas fugiens petisti.
ne leui saltem maculare vitam.
famine posses.
Prebuit hirtū tegimē camel⁹.
artub⁹ sacris strophiū bidētes
cui latex haustū sociata pastū.
mella locustis.
Ceteri tm̄ cecinere vatum.
corde presago iubar affuturū.
tu q̄dē mundi scelus auferentē.
indice prodis.
Nō fuit vasti spaciū ꝑ orbis.
sanctior quisq̄ genit⁹ ioanne:
qui nephas secli meruit lauātē.
tingere lymphis.
O nimis felix meritiq̄ celsi.
nesciens labē niuei pudoris.
ꝑpotens martyr eremiq̄ cultor
maxime vatum.
Serta ter denis alios coronāt
aucta cremētis duplicata q̄sdā
trino centeno cumulata fructu.
te sacer ornant.
Nūc potēs nr̄i meritis opimis.
pectoris duros lapides repelle
asperū planas iter et reflexos.
dirige calles.
Ut pius mūdi sator ⁊ redēptor
mentibus pulsa liuione puris.
rite dignetur veniens sacratos
ponere gressus.
Laus deo patri pr̄is atq̄ ꝓli.
laus ⁊ ambor tibi pneuma sacr.
nūc et in toto maneat futuri.
tempore secli.

In vigilia apostolorum Petri
et Pauli Jambicum trimetrū
Auctor dicitur esse elpis vxor
bohecij.

Aurea luce et decore roseo.
lux lucis omne perfudisti
seculum.
Decorans celos inclyto mar-
tyrio.
hac sacra die q̄ dat regis veniā
Janitor celi doctor orb ꝑiter.
iudices secli vera mundi lumia
per crucē alter: alter ense trium-
phans.
vite senatum laureati possidēt.

Iam bone pastor petre clemẽs accipe,
Uota precãtũ et pcti vincula.
resolue tibi ptãte tradita.
Qua cunctis celum ỽbo claudis aperis.
Doctor egregie paule mores instrue.
Et mẽte polum nos transferre satage.
Donec perfectum largiatur plenius.
Euacuato qđ ex pte gemimus.
O liue bine pietatis vnice.
Fidei đuotos spe robustos maxime.
Fõte repletos charitatꝫ gemĩe.
Post mortẽ carnis impetrate viuere.
Sit trinitati sempiterna gloria
Honor potestas atq; iubilatio
In vnitate cui manet imperiũ
Ex tũc ⁊ modo p eterna secula.

De eodem hymnus Jambicũ dimetrum.

Apostolorum passio.
diem sacrauit seculi.
petri triumphum nobilem.
pauli coronam preferens.
Coniunxit equales viros.
cruor triumphalis necis.
deum secutos presules.
christi coronauit fides.
Primus petrus apostolus.
nec paulus impar gratia.
electionis vas sacre,
petri adequauit fidei.
Uerso crucis vestigio.
simon honorem dans deo.
suspensus ascendit dati.
non immemor oraculi.
Precinctus vt dictũ est senex.
et eleuatus ab altero,
quo nollet iuit sed volens.
mortem subegit asperam.
Sic roma celsum verticem.
deuotionis extulit.
fundata tali sanguine.
et vate tanto nobili.
Tante per vrbis ambitum.
stipata tendunt agmina.
trinis celebratur vijs.
festum sacrorum martirum.
Prodire mundum quis putet
concurrere plebem poli.
electa gentium caput.
sedes magistri gentium.

In visitatione sancte Marię virginis Jambicum ametrum et incultum.

In mariam vite viam.
matrem verã viuentium
pie venit qui redemit.
peccata delinquentium.
Gressum cepit dum concepit.
maria multum properans.
visitauit confortauit.
elisabeth compatiens.
Salutatur inflamatur.
elisabeth et filius.
inaudita fiunt ita.
de dono sancti spiritus.
Impregnata grauidata.
fit mater olim sterilis.
infans datus non dum natus,
exultat christo iubilis.

Seruit maior gaudet minor.
maria fert solatium.
visitat preparatur.
ad spiritum propheticum.
Precursorem et doctorem.
maria manu indicat.
qui rectorem purgatorem.
digito manu nunciat.
Leua gregem duc ad regem.
maria cunctos visitans.
vt saluetur et letetur.
cum tu sis mater medians.

De eodem Jambicum ametrū sicut precedens.

O christi mater celica.
fons viuus fluens gratia.
lux pellens cuncta schismata.
maria deo proxima.
Ex motu veri luminis.
transiuit in montaneis.
virgo iuuare vetulam.
de precursore grauidam.
Mater venit de nazareth.
vt salutet elizabeth.
replentur dono spiritus.
anus et eius filius.
Elizabeth complacuit.
q mater dei affuit.
infans gaudet in vtero.
presente christo domino.
Marie visitatio.
exemplum dat pro prauio.
q sit parata omnibus.
ipsam pie querentibus.
Trinitatis clementia.
cuncta laxet facinora.
per matris christi merita.
nos ducat ad celestia.

De eodem hymnus Ametei Jambicus vt precedens.

O de sacro tabernaculo.
virtutum flos egreditur.
in montis diuerticulo.
odor marie spargitur.
Ex charitatis germine.
elizabeth appropiat.
et domum intrat femine.
ipsam deuote visitat.
Salutat seruam domina.
hec matrē christi nominat.
confertur ingens gratia.
matrem et prolem saciat.
En christi incarnatio.
per non dum natum panditur.
hunc adorat cum gaudio.
qui ventre matris clauditur.
Clamat senex in iubilo.
videns marie gloriam.
beata credens angelo.
sciuisti rem veridicam.
Hic stupet rerum regula.
nature mutans ordinem.
vbi fiunt miracula.
per solum celi principem.
Presta virgo piissima.
sufficiens auxilium.
cum sis mater largissima.
nos visites in secula.
Laus honor sponso virginū.
nunc et per omne seculum.
qui nos marie meritis.
celi coniungat gaudijs.

De sancta maria Magdalena Trochaicum carmen.

Iesu christe auctor vite.
qui in tuo sanguine.

peccatum lauisti ade.
marie magdalene.
tribuisti salutarem.
fructum penitentie.
Preciosam margaritam.
stellamq; clarissimam.
eam locasti in arce.
vranice curie.
vt esset euidens tue.
exemplum clementie.
Interuentu ergo eius.
sis nobis propicius.
ac nostra dele peccata.
et da vite gaudia.
qui regnas cum deo patre.
et spiritu compare.
De eadem hymnus Trochai-
cum vt precedens.
Pange lingua magdalene.
lachrimas et gaudium.
sonent voces laudis plene.
te concentu cordium.
et ꝯcordet philomele.
turturis suspirium.
Iesum querens conuiuarū.
turbas non erubuit.
pedes vnxit lachrymarum.
fluuio quos abluit.
crine tersit et culparum.
lauacrum promeruit.
Suum lauit mundatorem.
riuum fons īmaduit.
pium fudit vas liquorem.
et in ipsum refluit.
celum terra dedit rorem.
celum terra compluit.
In predulci mixtione.
nardum ferens pisticum.
in vngenti fusione.
typum gessit mysticū.
vt sanetur vnctione.
vnxit egra medicum.
Pie christus hanc respexit.
speciali gratia.
q2 multum hunc dilexit.
dimittuntur omnia.
christi quando resurrexit.
facta est prenuncia.
Gloria et honor deo.
qui paschalis hostia.
agnus morte pugna leo.
victor die tertia.
resurrexit cum tropheo.
mortis ferens spolia.
De eodem Jambicū dimetrū
Votiua cunctis orbita.
lucis triumphat gratia.
qua scandit astra femula.
maria christi fulgida.
Calcans beata luridam.
secli ruentis machinam.
ardore sancti spiritus.
ignes subegit lubricos.
Hec sacras iesu lachrymis.
plantas rigauit intimis.
tersit capillis osculans.
mentis tenebras expians.
Te quesumus gratissima.
deposce nobis veniam.
celestis aues tinnulis.
te perfruamur organis.
Salue beata trinitas.
perenni manens gaudio.
iuua creatrix seculum.
que regnas in perpetuum.
De sancta Anna matre marie
Hymnus ameter et incultus.
Lucis hu9 festa colit plebs hone
deū celi dignis ꝯfre (sta.
quētans hymnis.
Mat mrīs xpi ex h mūdo tristi
Migrans fide bona sūpsit vi-

re dona. (yesse.
Annā sic expresse fundit radix
Ut sit mat mris nati dei pris.
Ex hac carnis planta surgit
virgo sancta.
Ex h fluit fōte lapis ces᷒ mōte
Celo iam sublata sic mlier btā.
Nos suo pcatu purget a reatu
Trino laus et vni deo sit cōi
In q viuit anna simul cū maria
De eadē Sapphicon endeca-
syllabon tetrastrophon cū ado-
nico dimetro. Et canit sic mar
tyris christi colimus.
Anna regine marie polorū.
mr immēsis titul decora
sanctitatis cōspicue qꝫ vite.
clara triumphis.
Te sacrā cuncte venerabileqꝫ.
nationes et celebrāt beatā.
nāqꝫ rectoris superū parētem.
ventre tulisti.
Ecce mortales varijs fatigāt.
te prece et votꝫ mulier sacrata.
gestiunt cūcti cecinisse laudes
dicere et hymnū.
Reb᷒ afflictis vocitaris anna.
ingruit quicqd homini timēdū
atqꝫ funestū venerande asylū.
querimus anne.
Nunciant qn nebule nigrātes.
luridā pestem trepido popello.
eripis cunctos tibi seruientes.
mente fideli.
Obsecro i cūctꝫ facilē periclis.
prebeas te te miseris cateruis.
nec sinas tantā pŭsse de te.
spem bene captam.
Sis apud natā simul et nepote
semp assestrix scelerū refertis.
vt queant tandē veniā mereri.

regna qꝫ celi.
In inuentōe sctī stephani Car
men trochaicum.
Sancte dei preciose.
protomartyr stephane.
qui virtute caritatis.
circumfultus vndiqꝫ.
dominum pro inimico.
exorasti populo.
Tu celestis primitiuus.
signifer militie.
veritatis assertiuus.
testis primus gratie.
fundamenti lapis viuus.
basis patientie.
Saxo cesus non mucrone.
per saxorum cuspides.
corpus membri passione.
circumcidi preuides.
ad decorem sunt corone.
rubricati lapides.
Tu celorum primus stratam.
consternis lapideam.
tu per christum ebetatam.
primus transis rompheam.
primum granū trituratū.
christi ditans aream.
Tibi primum referate.
celi patent ianue.
iesum vides potestate.
cui᷒ pugnas strēnue. stās cū pa
tris maiestate. tecū est assidue.
Prestās gēti psequēti. pces p
lapidib᷒. ne repēdas te petēti.
lapides p pcib᷒. sꝫ indulge pie
mēti. pluꝫ audet vocib᷒. funde
pces p duoto. tibi nūc collegio
vt tuo ppiciat᷒ interuētu do-
min᷒ nos purgatos a peccatis
celi iungat ciuibus. Gloria et
honor deo qui te flore roseo.

coronauit et locauit.
in throno sidereo.
saluat reos soluens eos.
mortis ab aculeo.

De eodem Jambicum non bene seruatis pedibus.

Deus deorum domine.
rex sempiterne glorie.
inuictorumq; militum.
carmen exaudi supplicum.
Terra tegens absconditum.
dulcis thesauri precium.
inuento ꝓtomartyre.
mundo reddit spem glorie.
Omnes deuoti martyres.
laudate protomartyrem.
vestris dignus est laudibus.
assumpsit dei filius.
Iam prothomartyr stephane.
preces deuotas accipe.
quibus per te nos querimus.
deo placari celitus.
Quem ꝓ persecutoribus.
exaudiebat dominus.
et pro suis supplicibus.
exaudiat propicius.

De eodem. dactylicum metrũ hypercatabecticum.

Plebs deuota deo mente fideli.
psallat altitono pectore leto.
laudes dulcifluas ꝓmit ab ore
quo sit ꝯsona mẽs voce sonora
Iam pclara dies fulget ĩ orbe.
quã cũcti recolãt corde bẽigno
xpi natã sacro iudice celso.
viso precipuo iam luciano.
Sãctorꝫ celebris lux hodierna
q̃ sunt magnifica laude reperta
virtutũ meritis corpa sacra.
odis om̃igenis condecorent.
Insignis stephãi martyrꝫ almi
doctorisq; sacri gamalielis.
abibe q; simul et nicodemi.
festũ nos dñó reddat ouantes.
In celi solio hoste subacto.
splendent cũ dño stẽmate claro
quorũ de numero celicus ordo
gaudet ꝑpetuo temporis euo.
Te martyr petim⁹ nũc pi⁹ assis
sanctis cũ socijs munera lucis.
affer supplicib⁹ propiciatus.
nob̃ daq; frui lumine christi.
Sit laus imperiũ cũctipotẽti.
virt⁹ laus ⁊ honor cũ pare pli.
sancto spiritui cuncta regenti.
lumẽ viuificũ omne per euum.

De sancta Afra Jambicum ametrum et incultum.

Gaude ciuitas augusta.
redde deo vota iusta.
a quo tuus a te missus.
est apostolus narcissus.
Narcissus primo plantauit.
dionysius rigauit.
deus dedit incrementũ.
christus manet fundamentum.
Sub narcisso pontifice.
et dyacono felice.
credit afra cum puellis.
et hylaria cum illis.
Demon clamat et insanit.
afra stupet presul canit.
canit presul christianus.
fugit sathanas prophanus.

Mox in fide confortatis.
affinibus et cognatis.
ille simul comprehense.
quinqꝫ viue sunt accense.
Afra simul et consortes.
sint pro nobis prece fortes.
vt et nobis expurgatis.
sit portio cum beatis.
O narcisse cum felice.
vos pro nobis omni vice.
et pro nostra prauitate.
et pro cunctis exorate.
Presta pater et patrone.
presta fili pastor bone.
presta spiritus amborū.
medicina peccatorum.

De sancto Laurentio Saphicum endecasyllabū.

Martiris xpi colim⁹ triūphū
annuū tps venerādo cui⁹.
cernuo voto prece iam rotūd⁹
orbis adorat.
Pontifex sixt⁹ monuit mīstrū.
fixus in ligno crucꝫ exequeris.
me cito penā paciendo magnā.
ibis ad astra.
Tortor iratus petiit vt talenti.
pondus ignoti manifestet oē.
mente vesana cupiens vorare.
aurea lucra.
Spreuit hic mūdi pitura dona
fert opē nudis alimēta claudis.
diuidit nūmos miseris cateruis
corde flagranti.
Igne torquetur stabili tenore.
cordis accēsus fugat minaces.
ignium flammas in amore vite.
semper opime.
Vrit postꝗ̄ latus omne testis.
verte pfecto loquit iocando.
corpis partē laniando coctam
dentibus atris.
Spiritū suscipit chorus angloꝝ
intulit celo pie laureandū.
vt scelus laxet hoīm precando.
omnipotentem.
Supplici voto rogitemus oēs
sancte laurenti veniam pceris.
qui tuū festum celebrant vbiqꝫ.
voce vel actu.
Gloriā patri resonemus oēs.
eius et nato iubilemus apte.
cū qbus regnat simul ⁊ creator
spiritus almus.

De eodem Jambicum archilochium.

Conscendat vsqꝫ sidera.
celiqꝫ pulset intima.
vox atqꝫ cantus oīum.
te deum collaudantium.
Adest namqꝫ festiuitas.
et dies venerabilis.
in qua celum pro meritis.
laurentius ingressus est.
Qui superatis ignibus.
et impiis tortoribus.
deuictis seuis hostibus.
nunc gaudet in celestibus.
Ipse dignetur dominū.
rogare clementissimum.
vt ab eternis ignibus.
nos saluet ⁊ demonibus.

Assumptiōis Marie Fortunatus Eps auctor.

Quē terra pontus ethera.
colunt adorant pdicant.

Da gaudiorum premia.
da gratiarum munera.
dissolue litis vincula.
astringe pacis federa.
Per te sciamus da patrem.
noscamus atq; filium.
te vtriusq; spiritum.
credamus omni tempore.

De eodem Jambicum vt precedens.

Beata nobis gaudia.
anni reduxit orbita.
cum spiritus paraclitus.
refulsit in discipulos.
Ignis vibrante lumine.
lingue figuram detulit.
verbis vt essent proflui.
et charitate feruidi.
Linguis loquuntur omnium.
turbe pauent gentilium.
musto madere deputant.
quos spiritus repleuerat.
Parata sunt hec mystice.
pasche peracto tempore.
sacro dierum numero.
quo lege fit remissio.
Te nunc deus piissime.
vultu precamur cernuo.
illapsa nobis celitus.
largire dona spiritus.
Dudum sacrata pectora.
tua replesti gratia.
dimitte nunc peccamina.
et da quieta tempora.
Sit laus patri cum filio.
sancto simul paraclito.
nobisq; mittat filius.
charisma sancti spiritus.

De eodem Jambicum vt precedens.

Iam christ⁹ astra ascenderat
regressus vnde venerat.
promissum patris munere.
sanctum daturus spiritum.
Solennis vrgebat dies.
quo mistice septemplici.
orbe voluto septies.
signat beata tempora.
Dum hora cunctis tertia.
repente mundus intonat.
apostolis orantibus.
deum venisse nunciat.
De patris ergo lumine.
decorans ignis missus est.
qui fida christi pecora.
calore verbi compleuit.

De eodē Jambicū vt p̄cedens

Impleta gaudent viscera.
afflata sancto spiritu.
voces diuersas intonant.
fant dei magnalia.
Ex omni gente cogniti.
grecis latinis barbaris.
cunctisq; admirantibus.
linguis loquuntur omnibus.
Iudea tunc incredula.
vesano tacta spiritu.
ructare musti crapulam.
alumnos christi concrepat.
Sed signis et virtutibus.
occurrit et docet petrus.
falsa profari perfidos.
iohelis testimonio.
Sic christe nūc paraclitus.
per te pius nos visitet.
nouansq; terre faciē.
culpis solutos recreet.

De sancta trinitate Jambicū archilochicum.

O lux beata trinitas.
et principalis vnitas.
Iam sol recedat igneus.
infunde lumen cordibus.
Te mane laudum carmine.
te deprecemur vespere.
te nostra supplex gloria.
per cuncta laudet secula.
deo patri sit gloria.
eiusqꝫ soli filio.
cum spiritu paraclito.
et nunc et in perpetuum.

De eodem Jambicum vt precedens.

Adesto sancta trinitas.
par splendor vna deitas.
qui extas rerum omnium.
sine fine principium.
Te celorum milicia.
laudat adorat predicat.
triplex qꝫ mundi machina.
benedicit per secula.
Laus patri sit ingenito.
laus eius vnigenito.
laus sit sancto spiritui.
trino deo et simplici.

De eadem Jambicum vt precedens.

Assumus et nos cernui.
te adorantes famuli.
vota qꝫ preces supplicum.
hymnis iunge celestium.
Unum te lumen credimus.
quod et ter idem colimus.
alpha et o quem dicimus.
te laudat omnis spiritus.

De corpore christi Ad vesperas Diuus thomas aquinas auctor Metrum trochaicum alcmanio et euripidio alternatim currens.

Pange lingua gloriosi.
corporis mysterium.
sanguinis qꝫ preciosi.
quem in mundi precium.
fructus ventris generosi.
rex effudit gentium.
Nobis natus nobis datus.
ex intacta virgine.
et in mundo conuersatus.
sparso verbi semine.
sui moras incolatus.
miro clausit ordine.
In supreme nocte cene.
recumbens cum fratribus.
obseruata lege plene.
cibis in legalibus.
cibum turbe duodene.
se dat suis manibus.
Uerbū caro panē verum.
verbo carnem efficit.
fitqꝫ sanguis christi merum.
et si sensus deficit.
ad firmandum cor syncerum.
sola fides sufficit.
Tantum ergo sacramentum.
veneremur cernui.
et antiquū documentum.
nouo cedat ritui.
prestet fides supplementū.
sensuum defectui.
Genitori genitoqꝫ.
laus et iubilatio.

salus honor virtus quoq;.
sit et benedictio.
procedenti ab vtroq;.
compar sit laudatio.

De eodem Ad completorium Aschlepiadens Choriambic⁹ ameter et incultus.

Sacris solẽnibus iuncta sint gaudia.
et ex precordijs sonent p̃conia.
recedãt vetera noua sint oĩa.
corda voces et opera.
Noctis recolit̃ cena nouissima
qua xp̃us credit̃ agnũ ⁊ azima.
dedisse fratrib⁹ iuxta legitima.
pristis indulta patribus.
Post agnũ typicũ expletꝫ epul'
corpus dñicum datũ discipl'is
sic totũ oĩb⁹ qđ totũ singulis.
ei⁹ fatemur manibus.
Dedit fragilib⁹ corpis ferculũ
dedit ⁊ tristib⁹ sanguis poculũ
dicẽs accipite qđ trado vascul'
oẽs ex eo bibite.
Sic sacrificiũ istud instituit.
cuius officiũ cõmitti voluit.
solis p̃sbyteris q̃b⁹ sic cõgruit.
vt sumant et dent ceteris.
Panis angelic⁹ fit pãis hoĩm.
dat panis celic⁹ figurꝫ terminũ
o res mirabilis mãducat dñm.
pauper seruus et humilis.
Te trina deitas vnaq; poscim⁹
sic tu nos visites sicut te colim⁹
p̃ tuas sẽitas duc nos q̃ tẽdim⁹
ad lucem quã inhabitas.

De eodem Iambicum dimetrum Archilochium ametrum.

Verbum supernũ pro diẽs.
nec p̃ris linquẽs dexterã.
ad opus suũ exiens.
venit ad vite vesperam.
In mortem a discipulo.
suis tradendus emulis.
prius in vite ferculo.
se tradidit discipulis.
Quib⁹ sub bina specie.
carnem dedit et sanguinem.
vt duplicis substantie.
totum cibaret hominẽ.
Se nascens dedit socium.
cõuescens in edulium.
se moriens in precium.
se regnans dat in premium.
O salutaris hostia.
que celis pandis hostium.
bella premunt hostilia.
da robur fer auxilium.
Vni trinoq; domino.
sit sempiterna gloria.
qui vitam sine termino.
nobis donet in patria.

De eodem Hymnus Iambicum ametrum.

Verbum prodiens a patre.
lumen verum de lumine.
deus de celis humilis.
homo nobis visibilis.
Da vt lege deposita.
tua simus sub gratia.
qui aperis diu clausis.
dans lumen nostris tenebris.
Seruos veni redimere.
tuo sacrato sanguine.
fac nos tecum surgere.
cibatos tuo corpore.
Vt cum sanctis perenniter.

laudes soluamus pariter.
seculorum altissimo.
regi iouantes dño.
Laus sit patri et filio.
spiritui paraclito.
vnitati sit gloria.
per infinita secula.

In vigilia sancti Joannis baptiste Sapphicon endeca syllabon Tetrastrophon.

Ut queant laxis resonare fibris
mira gestorum famuli tuorū.
solue polluti labij reatum.
sancte ioannes.
Nuncius celso veniēs olympo
te pri magnū fore nasciturū.
nomen et vite seriem gerende.
ordine promit.
Ille promissi dubius superni.
pdidit pmpte modulos loq̄le.
sed reformasti genit⁹ pempte.
organa vocis.
Uentris obstruso posit⁹ cubili
senseras regē thalamo manētē.
hinc parēs nati meritis vterq̄
abdita pandit.
Antra deserti teneris sub ānis
ciuiū turmas fugiens petisti.
ne leui saltem maculare vitam.
famine posses.
Prebuit hirtū tegimē camel⁹.
artub⁹ sacris strophiū bidētes
cui latex haustū sociata pastū.
mella locustis.
Ceteri tm̄ cecinere vatum.
corde presago iubar affuturū.
tu q̄dē mundi scelus auferentē.
indice prodis.
Nō fuit vasti spaciū p orbis.
sanctior quisq̄ genit⁹ ioanne:
qui nephas secli meruit lauātē.
tingere lymphis.
O nimis felix meritiq̄ celsi.
nesciens labē niuei pudoris.
ꝑpotens martyr eremiq̄ cultor
maxime vatum.
Serta ter denis alios coronāt
aucta cremētis duplicata q̄sdā
trino centeno cumulata fructu.
te sacer ornant.
Nūc potēs nr̄i meritꝫ opimis.
pectoris duros lapides repelle
asperū planas iter et reflexos.
dirige calles.
Ut pius mūdi sator ⁊ redēptor
mentibus pulsa liuione puris.
rite dignetur veniens sacratos
ponere gressus.
Laus deo patri pr̄is atq̄ pli.
laus ⁊ ambor̄ tibi pneuma sacrū.
nūc et in toto maneat futuri.
tempore secli.

In vigilia apostolorum Petri et Pauli Jambicum trimetrū. Auctor dicitur esse elpis vxor bohecij.

Aurea luce et decore roseo.
lux lucis omne perfudisti
seculum.
Decorans celos inclyto martyrio.
hac sacra die q̄ dat regis veniā
Janitor celi doctor orb piter.
iudices secli vera mundi lumina
per crucē alter: alter ense triumphans.
vite senatum laureati possidēt.

Iam bone pastor petre clemẽs accipe,
Uota precãtũ et pctĩ vincula.
resolue tibi ptãte tradita.
Qua cunctis celum vbo claudis aperis.
Doctor egregie paule mores instrue.
Et mẽte polum nos transferre satage.
Donec perfectum largiatur plenius.
Euacuato qđ ex pte gemimus.
Oliue bine pietatis vnice.
Fidei duotos spe robustos maxime.
Fõte repletos charitatꝫ gemĩe.
Post mortẽ carnis impetrate viuere.
Sit trinitati sempiterna gloria
Honor potestas atqꝫ iubilatio
In vnitate cui manet imperiũ
Ex tũc ꝛ modo p eterna secula.

De eodem hymnus Jambicũ dimetrum.

Apostolorum passio.
diem sacrauit seculi.
petri triumphum nobilem.
pauli coronam preferens.
Coniunxit equales viros.
cruor triumphalis necis.
deum secutos presules.
christi coronauit fides.
Primus petrus apostolus.
nec paulus impar gratia.
electionis vas sacre,
petri adequauit fidei.
Uerso crucis vestigio.
simon honorem dans deo.
suspensus ascendit dati.
non imemor oraculi,
Precinctus vt dictũ est sener.
et eleuatus ab altero,
quo nollet iuit sed volens.
mortem subegit asperam.
Sic roma celsum verticem.
deuotionis extulit.
fundata tali sanguine.
et vate tanto nobili.
Tante per vrbis ambitum.
stipata tendunt agmina.
trinis celebratur vijs.
festum sacrorum martirum.
Prodire mundum quis putet
concurrere plebem poli.
electa gentium caput.
sedes magistri gentium.

In visitatione sancte Marie virginis Jambicum ametrum et incultum.

In mariam vite viam.
matrem verã viuentium
pie venit qui redemit.
peccata delinquentium.
Gressum cepit dum concepit,
maria multum properans.
visitauit confortauit.
elisabeth compatiens.
Salutatur inflamatur.
elisabeth et filius.
inaudita fiunt ita.
de dono sancti spiritus.
Impregnata grauidata.
fit mater olim sterilis.
infans datus non dum natus,
exultat christo iubilis.

Seruit maior gaudet minor.
maria fert solatium.
visitat preparatur.
ad spiritum ꝓpheticum.
Precursorem et doctorem.
maria manu indicat.
qui rectorem purgatorem.
digito manu nunciat.
Leua gregem duc ad regem.
maria cunctos visitans.
vt saluetur et letetur.
cum tu sis mater medians.

De eodem Jambicum ametrū sicut precedens.

O christi mater celica.
fons viuus fluens gratia.
lux pellens cuncta schismata.
maria deo proxima.
Ex motu veri luminis.
transiuit in montaneis.
virgo iuuare vetulam.
de precursore grauidam.
Mater venit de nazareth.
vt salutet elizabeth.
replentur dono spiritus.
anus et eius filius.
Elizabeth complacuit.
ꝙ mater dei affuit.
infans gaudet in vtero.
presente christo domino.
Marie visitatio.
exemplum dat pro prauio.
ꝙ sit parata omnibus.
ipsam pie querentibus.
Trinitatis clementia.
cuncta laxet facinora.
per matris christi merita.
nos ducat ad celestia.

De eodem hymnus Ametet. Jambicus vt precedens.

De sacro tabernaculo.
virtutum flos egreditur.
in montis diuerticulo.
odor marie spargitur.
Ex charitatis germine.
elizabeth appropiat.
et domum intrat femine.
ipsam deuote visitat.
Salutat seruam domina.
hec matrē christi nominat.
confertur ingens gratia.
matrem et prolem saciat.
En christi incarnatio.
per non dum natum panditur.
hunc adorat cum gaudio.
qui ventre matris clauditur.
Clamat senex in iubilo.
videns marie gloriam.
beata credens angelo.
sciuisti rem veridicam.
Hic stupet rerum regula.
nature mutans ordinem.
vbi fiunt miracula.
per solum celi principem.
Presta virgo piissima.
sufficiens auxilium.
cum sis mater largissima.
nos visites in secula.
Laus honor sponso virginū.
nunc et per omne seculum.
qui nos marie meritis.
celi coniungat gaudiis.

De sancta maria Magdalena Trochaicum carmen.

Iesu christe auctor vite.
qui in tuo sanguine.

peccatum lauisti ade.
marie magdalene.
tribuisti salutarem.
fructum penitentie.
Preciosam margaritam.
stellamq; clarissimam.
eam locasti in arce.
vranice curie.
vt esset euidens tue.
exemplum clementie.
Interuentu ergo eius.
sis nobis propicius.
ac nostra dele peccata.
et da vite gaudia.
qui regnas cum deo patre.
et spiritu compare.

De eadem hymnus Trochaicum vt precedens.

Pange lingua magdalene.
lachrimas et gaudium.
sonent voces laudis plene.
te concentu cordium.
et concordet philomele.
turturis suspirium.
Iesum querens conuiuarū.
turbas non erubuit.
pedes vnxit lachrymarum.
fluuio quos abluit.
crine tersit et culparum.
lauacrum promeruit.
Suum lauit mundatorem.
riuum fons imaduit.
pium fudit vas liquorem.
et in ipsum refluit.
celum terra dedit rorem.
celum terra compluit.
In predulci mixtione.
nardum ferens pisticum.
in vngenti fusione.
typum gessit mysticū.
vt sanetur vnctione.
vnxit egra medicum.
Pie christus hanc respexit.
speciali gratia.
qr multum hunc dilexit.
dimittuntur omnia.
christi quando resurrexit.
facta est prenuncia.
Gloria et honor deo.
qui paschalis hostia.
agnus morte pugna leo.
victor die tertia.
resurrexit cum tropheo.
mortis ferens spolia.

De eodem Iambicū dimetrū

Votiua cunctis orbita.
lucis triumphat gratia.
qua scandit astra fernula.
maria christi fulgida.
Calcans beata luridam.
secli ruentis machinam.
ardore sancti spiritus.
ignes subegit lubricos.
Nec sacras iesu lachrymis.
plantas rigauit intimis.
tersit capillis osculans.
mentis tenebras expians.
Te quesumus gratissima.
deposce nobis veniam.
celestis aues tinnulis.
te perfruamur organis.
Salue beata trinitas.
perenni manens gaudio.
iuua creatrix seculum.
que regnas in perpetuum.

De sancta Anna matre marie Hymnus ameter et incultus.

Lucz hꝰ festa colit plebs bone
deū celi dignis ɔfre (sta.
quētans hymnis.
Mat mris xpi ex h mūdo tristi
Migrans fide bona sūpsit vi-

re dona. (yesse.
Annā sic expresse fundit radix
Uesit mat mris nati dei pris.
Ex hac carnis planta surgit
virgo sancta.
Ex h fluit fōte lapis ces⁹ mōte
Celo iam sublata sic mlier btā.
Nos suo pcatu purget a reatu
Trino laus et vni deo sit cōi
Jn q̄ viuit anna simul cū maria
De eadē Sapphicon endeca-
syllabon tetrastrophon cū ado-
nico dimetro. Et canit sic, mar
tyris christi colimus.
Anna regine marie polorū.
mr immēsis titul decora
sanctitatis cōspicue q̄ vite.
clara triumphis.
Te sacrā cuncte venerabilēq̄.
nationes et celebrāt beatā.
nāq̄ rectoris superū parētem.
ventre tulisti.
Ecce mortales varijs fatigāt.
te prece et vot mulier sacrata.
gestiunt cūcti cecinisse laudes
dicere et hymnū.
Reb⁹ afflictis vocitaris anna.
ingruit quicq̄d homini timēdū
atq̄ funestū venerande asylū.
querimus anne.
Nunciant qñ nebule nigrātes.
luridā pestem trepido popello.
eripis cunctos tibi seruientes.
mente fideli.
Obsecro ī cūct facilē periclis.
prebeas te te miseris cateruis.
nec sinas tantā pȳsse de te.
spem bene captam.
Sis apud natā simul et nepotē
semp assestrix scelerū refertis.
vt queant tandē veniā mereri.
regna q̄ celi.
In inuentōe scti stephani Car
men trochaicum.
Sancte dei preciose.
protomartyr stephane.
qui virtute caritatis.
circumfultus vndiq̄.
dominum pro inimico.
exorasti populo.
Tu celestis primitiuus.
signifer militie.
veritatis assertiuus.
testis primus gratie.
fundamenti lapis viuus.
basis patientie.
Saxo cesus non mucrone.
per saxorum cuspides.
corpus membri passione.
circumcidi preuides.
ad decorem sunt corone.
rubricati lapides.
Tu celorum primus stratam.
consternis lapideam.
tu per christum ebetatam.
primus transis rompheam.
primum granū trituratū.
christi ditans aream.
Tibi primum referate.
celi patent ianue.
iesum vides potestate.
cui⁹ pugnas strēnue. stās cū pa
tris maiestate. tecū est assidue.
Prestās gēti psequēti. pces p
lapidib⁹. ne repēdas te petēti.
lapides p pcib⁹. s indulge pie
mēti. pluq̄ audet vocib⁹. funde
pces p duoto. tibi nūc collegio
vt tuo ppiciat⁹ interuētu do-
min⁹ nos purgatos a peccatis
celi iungat ciuibus. Gloria et
honor deo qui te flore roseo.

coronauit et locauit.
in throno sidereo.
saluat reos soluens eos.
mortis ab aculeo.

De eodem Jambicum non bene seruatis pedibus.

Deus deorum domine.
rex sempiterne glorie.
inuictorumque militum.
carmen exaudi supplicum.
Terra tegens absconditum.
dulcis thesauri precium.
inuento protomartyre.
munde reddit spem glorie.
Omnes deuoti martyres.
laudate protomartyrem.
vestris dignus est laudibus.
assumpsit dei filius.
Iam prothomartyr stephane.
preces deuotas accipe.
quibus per te nos querimus.
deo placari celitus.
Quem pro persecutoribus.
exaudiebat dominus.
et pro suis supplicibus.
exaudiat propicius.

De eodem. dactylicum metrum hypercatalecticum.

Plebs deuota deo mente fideli.
psallat altitono pectore leto.
laudes dulcifluas promit ab ore
quo sit consona mens voce sonora
Iam preclara dies fulget in orbe.
quam cuncti recolant corde benigno
christi nata sacro iudice celso.
viso precipuo iam luciano.
Sanctorum celebris lux hodierna
que sunt magnifica laude reperta
virtutum meritis corpa sacra.
odis omnigenis condecorent.
Insignis stephani martyris almi
doctorisque sacri gamalielis.
abibeque simul et nicodemi.
festum nos domino reddat ouantes.
In celi solio hoste subacto.
splendent cum domino stemate claro
quorum de numero celicus ordo
gaudet perpetuo temporis euo.
Te martyr petimus nunc pius assis
sanctis cum sociis munera lucis.
affer supplicibus propiciatus.
nobis dans frui lumine christi.
Sit laus imperium cunctipotenti.
virtus laus et honor cum patre proli.
sancto spiritui cuncta regenti.
lumen viuificum omne per euum.

De sancta Afra Jambicum ametrum et incultum.

Gaude ciuitas augusta.
redde deo vota iusta.
a quo tuus a te missus.
est apostolus narcissus.
Narcissus primo plantauit.
dionysius rigauit.
deus dedit incrementum.
christus manet fundamentum.
Sub narcisso pontifice.
et dyacono felice.
credit afra cum puellis.
et hylaria cum illis.
Demon clamat et insanit.
afra stupet presul canit.
canit presul christianus.
fugit sathanas prophanus.

Mox in fide confortatis.
affinibus et cognatis.
ille simul comprehense.
quinq̧ viue sunt accense.
Afra simul et consortes.
stent pro nobis prece fortes.
vt et nobis expurgatis.
sit portio cum beatis.
O narcisse cum felice.
vos pro nobis omni vice.
et pro nostra prauitate.
et pro cunctis exorate.
Presta pater et patrone.
presta fili pastor bone.
presta spiritus ambor ū.
medicina peccatorum.

De sancto Laurentio Sapphicum endecasyllabū.

Martiris xpi colim⁹ triūphū
annuū tps venerādo cui⁹.
cernuo voto prece iam rotūd⁹
orbis adorat.
Pontifex sixt⁹ monuit mīstrū.
fixus in ligno cruc; exequeris.
me cito penā paciendo magnā.
ibis ad astra.
Tortor iratus peti t vt talenti.
pondus ignoti manifestet oē.
mente vesana cupiens vorare.
aurea lucra.
Spreuit hic mūdi pitura dona
fert opē nudis alimēta claudis.
diuidit nūmos miſis cateruis
corde flagranti.
Igne torquetur stabili tenore.
cordis accēsus fugat minaces.
ignium flamas in amore vite.
semper opime.

Urit postq̧ latus omne testis.
verte pfecto loquit iocando.
corpis partē laniando coctam
dentibus atris.
Spiritū sūpsit chorus angloꝝ
intulit celo pie laureandū.
vt scelus laxet hoīm precando.
omnipotentem.
Supplici voto rogitemus oēs
sancte laurenti veniam pceris.
qui tuū festum celebrant vbiq̧.
voce vel actu.
Gloriā patri resonemus oēs.
eius et nato iubilemus apte.
cū qbus regnat simul ⁊ creator
spiritus almus.

De eodem Jambicum archilochium.

Conscendat vsq̧ sidera.
celiq̧ pulset intima.
vox atq̧ cantus oium.
te deum collaudantium.
Adest namq̧ festiuitas.
et dies venerabilis.
in qua celum pro meritis.
laurentius ingressus est.
Qui superatis ignibus.
et impijs tortoribus.
deuictis seuis hostibus.
nunc gaudet in celestibus.
Ipse dignetur dominū.
rogare clementissimum.
vt ab eternis ignibus.
nos saluet ⁊ demonibus.

Assumptiōis Marie Fortunatus Eps auctor.

Que terra pontus ethera.
colūnt adorant pdicant.

trinam regentem machinam.
claustrum marie baiulat.
Cui luna sol et omnia.
deseruiunt per tempora.
perfusa celi gratia.
gestant puelle viscera.
Beata mater munere.
cuius supernus artifex.
mundū pugillo continens.
ventris sub archa clausus est.
Benedicta celi nuncio.
fecunda sancto spiritu.
desideratus gentibus.
cuius per aluum fusus est.
O gloriosa domina.
excelsa super sydera.
qui te creauit prouide.
lactasti sacro vbere.
Quod eua tristis abstulit.
tu reddis almo germine.
intrent vt astra flebiles.
celi fenestra facta es.
Tu regis alta ianua.
et porta lucis fulgida.
vitam datam per virginē.
gentes redempte plaudite.
Maria mater gratie.
mater misericordie.
tu nos ab hoste protege.
in hora mortis suscipe.
Gloria tibi domine.
qui natus es de virgine.
cum patre et sancto spiritu.
in sempiterna secula.
De eodē hymnus dactylic⁹ hypercatalecticus.
O q̃ gloriflca luce coruscas
stirpꝫ dauidice regia ples
sublimis residens virgo maria
supra celigenas etherꝫ omnes.
Tu cū virgineo matris honore
angelorū dn̄o pectoris aulam.
sacris visceribus casta parasti.
natus hinc deus et corpe xp̄c.
Quem cunctus venerans or-
bis adorat.
cui nunc rite genu flectitur oē.
a quo nos petim⁹ te veniente.
abiectis tenebris gaudia lucis
Hec largire pater luminis auctor
natū per ꝓpriū flamine sancto.
q̄ tecum nitida viuit in ethera.
regnās ac moderās secla cūcta
De sancto Pelagio Jambicū
incultū et ametrum.
Felix mater constantia.
deuota christo iubilo.
festum sancti pelagij.
tui patroni optimi.
Qui creatorem omnium.
confessus dei filium.
tortoris immanissima.
passus est supplicia.
Cassatur eualasius.
en vir q̄m dyabolicus.
sed miles christi feruidus.
triumphat inperterritus.
Agone iam nouissimo.
plenissimus martyrio.
collum submisit gladio.
flamen remisit domino.
Hunc regni nixus solio.
in throni capitolio.
agnum sequendo dominum.
nulli secundus martyrum.
Deo patri et filio.
cum spiritu paraclito.
sit laus atqꝫ victoria.
per infinita secula.
In natiuitate gloriose virgi-

nis Marie Tricolos tetrastro
phos ex primis duobus asclepiadeis tertio pherecratio q̃r
to gliconico.

Gaude visceribus mater in in
timis.
felix ecclia q̃ sacra replicas.
sancte festa marie.
plaudent astra solum mare.
Cuius magnifica est gñatio.
cuius vita sacris claruit actib⁹
cuius finis honorem.
summũ sine tenet fine.
Que v̄go pepit v̄goq; p̄manet
lactauit p̄priis vberibus deum
portantem q; gerebat.
vlnis prona trementibus.
Felix multiplici laude puerpa.
regis porta sui clausa perennit.
mundi stella fluentis.
floris virgula regia.
Te nũc supplr scã theothocos
regis p̄petui sponsaq; poscim⁹
vt nos semp̄ vbiq;.
miti munere protegas.
Sctis obtineas virgo p̄catib⁹
pacis p̄sidiũ dulce diutine.
nobis atq; beati.
regni dona perennia.
Presta sũme pr̄ p̄ris ac vnice.
amborũq; simul spũs annue.
qui regnas deus vnus.
omi tempore seculi.

De eadem Jambicum archilo
chium nõ bñ seruatis pedibus

O sancta mundi domina.
regina celi inclyta
o stella maris maria.
virgo mater deifica.
Emerge dulcis filia.
nitesce iam virguncula;
florem latura nobilem.
christum deũ et hominem.
Natalis tui annua.
en colimus solennia.
quo stirpe allectissima.
mundo fulsisti genita.
Per te sumus terrigene.
simulq; iam celigene.
pacati pace nobili.
more inestimabili.
Sit trinitati gloria.
sit semper ac victoria.
in vnitate solida.
per seculorum secula.

De eodẽ Carmen iambicum.

Nunc tibi virgo virginum.
laudes ferimus carminũ.
teq; celorum dominam.
resultet hec plebecula.
Tu porta domus fulgida.
egressionis inscia.
et virga fructu florida.
virgo q; nato grauida.
Te nostra sonant carmina.
te angelorum agmina.
infernus tibi iubilat.
fretus q; tibi intonat.
Lacta regina paruulum.
eterni regis filium.
lacta sacrato vbere.
qui te concessit viuere.
Tu clara stirpis regia.
iureq; mundi domina.
desideratum omnibus.
tu protulisti gentibus.
O stella maris fulgida.
absolue plebis crimina.
gemitus quoq; supplicum.
muta dando gaudium.

Laus patri inuisibili.
laus eius almo flamini.
laus sit et vnigenito.
orbi terrarum domino.

De sancto Mauricio et socijs eius Carmen trochaicum.

Alma christi quando fides.
mundo passim traditur.
et per latos orbis fines.
igne flagrans floruit.
tunc elegit sibi gratum.
militem mauritium.
Qui loricam fide textam.
forti gestans pectore.
que beata thebeorum.
induebat agmina.
ad celorum vt consortes.
incitaret premia.
Martir sacer quo vocetur.
inclytus mauricius.
omnes simul quasi vnus.
vir ductu mirabili.
ad coronam promerendã.
properabant celitus.
Tunc armati spiritali.
ense christi milites.
submittentes velut agnus.
pia colla iugulo.
triumphabant trucidati.
spreto mundi principe.
Contemnentes blandimenta.
tyrannorũ noxia.
floccipendũt mundi penas.
sub momento vincere.
vt ditentur sempiterno.
sine fine munere.
Diem festum reuolutum.
anni monstrat orbita.
qua beatam thebeorum.
legionem colimus.
egris salus quo prestatur.
cecis visus redditur.
Nunc qua ppter supplicantes.
illi preces fundimus.
vt dignetur nobis christum.
facere propicium.
quẽ amauit cum quo regnat.
nunc et in perpetuum.
Gloria et honor deo.
vsq; quo altissimo.
vna patri filio q;.
inclyto paraclito.
cui laus est et potestas.
per eterna secula.

In festiuitate sancti Michaelis Archangeli Sapphicum endecasyllabum.

Christe sanctorum decus angelorum.
rector humani generis et auctor
nobis eternum tribue benign⁹
scandere celum.
Angelũ pacis michael ad istam.
celitus mitte rogitamus aulã.
crebro vt nobis veniẽte crescãt
prospera cuncta.
Angelus fortis gabriel vt hostẽ
pellat antiquũ volitet ab alto.
sepius templũ veniat ad istud.
visere nostrum.
Angelũ nob medicũ salutis.
mitte de celis raphael vt oẽs.
sanet egrotos pariter q; nr̃os
dirigat actus.
Hinc dei nr̃i genitrix maria.
totus et nobis chor⁹ angelorũ.
semper assistat: simul et beata.

concio tota.
Prestet hoc nobis deitas beata.
patris ac nati pariterque sancti.
spiritus cuius roboat in omni.
gloria mundo.
De eodem Carmen trochaicum.

Tibi christe splendor patris.
vita virtus cordium.
in conspectu angelorum.
votis voce psallimus.
alternantes concrepando.
melos damus vocibus.
Collaudamus venerantes.
omnes celi milites.
sed precipue primatem.
celestis exercitus.
michaelem in virtute.
conterentem zabulon.
Quo custode procul pelle.
rex christe piissime.
omne nephas inimici.
mundo corde et corpore.
paradiso redde tuo.
nos sola clementia.
Gloriam patri melodis.
personemus vocibus.
gloriam christo canamus.
gloriam paraclito.
qui trinus et vnus deus.
extat ante secula.

De eodem Jambicum archilochium dimetrum.
Misteriorum signifer.
celestium archangele.
te supplicantes quesumus.
vt nos placatus visites.
Ipse cum sanctis angelis.
cum iustis cum apostolis.
illustra locum iugiter.
quo nunc orantes degimus.
Castissimorum virginum.
doctorum ac pontificum.
pro nobis preces profluas.
deuotus offer domino.
Hostem repellat vt seuum.
hospem et pacis dirigat.
et nostra simul pectora.
fides perfecta muniat.
Ascendant nostre protinus.
ad thronum voces in gloria.
mentes que nostras erigat.
qui sede splendat fulgida.
Hic virtus eius maneat.
hic firma flagret charitas.
hic ad salutis commoda.
suis occurrat famulis.
Errores omnes auferat.
vagosque sensus corrigat.
et dirigat vestigia.
nostra pacis per semitas.
Lucis in arce fulgida.
hic sacra scribat carmina.
et nostra simul nomina.
in libro vite conserat.
Gloria tibi domine.
gloria vnigenito.
vna cum sancto spiritu.
in sempiterna secula.

De sancto Dyonisio et sociis suis Trochaicum trimetrum archilochium.
Alma lux siderum robur martyrum.
te decent omnia laudum carmina.
te sancti domine laudant hodie.
Quia sanctissimum dionysium.
areopagitam iam celicolam.

[illegible] sceleras froni
[illegible] clemens
[illegible]
[illegible]
[illegible] benigne
[illegible]
[illegible]

in celo iam tripudians.
Omnes dum carnem induit.
quos christus presens docuit.
quosque absentes imbuit.
erigite qui corruunt.
Nostros supreme clauiger.
et noue pacis legifer.
omnis que christi crucifer.
actus mundate pariter.
Nunc omne sacerdotium.
primus ordo pontificum.
clerum do endo subditum.
fletum tergite supplicum.
Nunc posce dei genitrix
omnisque carnis domitrix.
vt cessat culpa perditrix.
et plebs soluatur debitrix.
Istud concede trinitas.
et indiuisa vnitas.
domos regens pacificas.
etates per interminas.

De eodem ad completoriũ Iambicum ametrum.

Iesu saluator seculi.
redemptis ope subueni.
et pia dei genitrix.
salutem posce miseris.
Cetus omnes angelici.
patriarcharum cunei.
et prophetarum merita.
nobis precentur veniam.
Baptista christi preuius.
et clauiger ethereus.
cum ceteris apostolis.
nos soluant nexu criminis.
Chorus sacratus martyrum.
confessio sacerdotum.
et virginalis castitas.
nos a peccatis abluant.
Monachorum suffragia.
omnes que ciues celici.
annuant votis supplicum.
et vite poscant premium.

De eodem vt precedens.

Christe redemptor omnium.
conserua tuos famulos.
beate semper virginis.
piis placatus precibus.
Beata quoque agmina.
celestium spirituum.
preterita presentia.
futura mala pellite.
Vates eterni iudicis.
apostolique domini.
suppliciter exposcimus.
saluari vestris precibus.
Martyres dei incliti.
confessores que lucidi
nos ferte in celestibus.
vestris orationibus.
Chorus sacratus virginũ.
monachorumque omnium.
simul cum sanctis omnibus.
consortes christi facite.
Mentem auferte perfidam.
credentium de finibus
vt christo laudes debitas.
persoluamus alacriter.

De sancto Martino episcopo Iambicum archilochium.

Martine confessor dei.
valens vigore spiritus.
carnis fatiscens artubus.
mortis future prescius.
Qui pace christi affluens.
in vnitate spiritus.
diuisa membra ecclesie.
paci reformas vnice.

illis sociasti sede perenni.
Qui portās ꝓpriū caput absci
cātu anglico venit subito. (sum
ductus ad tumulū in parrisium
Martyr tu dñi o dionysi.
cū tuis socijs ora pro nobis.
ꝛ plebi dñm fac ꝓpicium.
Uirtus trinitati laus vnitati.
honor et gloria sit ꝑ tempora.
priora futura et presentia.
De sancto Gallo Hymn⁹ sap
phicus endecasyllabus.
Uita sanctoꝝ via spes salusqꝫ
xp̄e largitor ꝓbitatꝫ atqꝫ.
cōditor pacis tibi voce sensu.
pangimus hymnum.
Cuius est virt⁹ manifesta totū
qđ pie poscūt qđ habēt qđ ore.
corde vel factis cupiūt amore.
igne flagrantes.
Qui tua sanctū pietate gallū.
indicem lucis supere dedisti.
eius vt docti monitis tenebras
mente fugemus.
Hic ad exēplū volucris canore
actibus se se prius excitauit.
vt qđ ingessit vigor instrumētꝫ
vita probaret.
Qui potēs vbo venerād⁹ actu
semꝑ eternis inhians lucellis.
plura salutis meruit superne.
signa patenter.
Quesum⁹ mōdi sator ꝛ redēptor
vt sacris eius precibus tueri.
hāc vel plebē tribuēs qđ optat.
corde benigno.
Temporū pacem fidei tenorē.
languidis curā veniāqꝫ lapsis.
omnibus presta pariter beate.
munera vite.

De quib⁹ tanti dederas pronī
pria ꝓuisor documēta clemens
illius sacrā patiaris vnqꝫ.
desere curam.
Hoc pr̄is ples pater ꝟ benigne
spūs pr̄is hoc vtriqꝫ compar.
nunc et eterno facias perenni.
tempore seculi.
De oīb⁹ sanctis Jābicū iculū
Omnes superni ordines.
quibus dicatur hec dies.
mille milleni milies.
vestros audite supplices.
Primum virtutes ignee.
mox replete scien tie.
ex hinc iuuate nos prece.
sessiones dominice.
Tum vos celestes domini.
et principes preualidi
potentiaqꝫ prediti.
estote nobis placidi.
Hinc ditati virtutibus.
vosqꝫ tremendi nutibus.
et fulgurosi virtutibus.
christe fauete plebibus.
Omnes quos dei gratia.
ab hac exemit patria.
bona donans celestia.
nostra laxate crimina.
Tu pater assis abraam.
c aram regens pro sapiam
cum ipsis necessariam.
nobis precando veniam.
Tandem dauid hymnidicis.
hinc inde stipatus choris.
pulcer coronis regijs.
cunctis succurre miseris.
Sacer adesto flagitans.
cetus futura predicans.
nobis christum cociliaus.

in celo iam tripudians.
Omnes dum carnem induit.
quos christus presens docuit.
quosq; absentes imbuit.
erigite qui corruunt.
Nostros supreme clauiger.
et noue pacis legifer.
omnis q; christi crucifer.
actus mundate pariter.
Nunc omne sacerdotium.
primus ordo pontificum.
clerum docendo subditum.
fletum tergite supplicum.
Nunc posce dei genitrix
omnisq; carnis domitrix.
vt cessat culpa perditrix.
et plebs soluatur debitrix.
Istud concede trinitas.
et indiuisa vnitas.
domos regens pacificas.
etates per interminas.

De eodem ad completoriũ Iã bicum ametrum.

Iesu saluator seculi.
redemptis ope subueni.
et pia dei genitrix.
salutem posce miseris.
Cetus omnes angelici.
patriarcharum cunei.
et ꝓphetarum merita.
nobis precentur veniam.
Baptista christi preuius.
et clauiger ethereus.
cum ceteris apostolis.
nos soluant nexu criminis.
Chorus sacratus martyrum.
confessio sacerdotum.
et virginalis castitas.
nos a peccatis abluant.
Monachorum suffragia.
omnes q; ciues celici.
annuant votis supplicum.
et vite poscant premium.

De eodem vt precedens.

Christe redempto omnium.
conserua tuos famulos.
beate semper virginis.
pijs placatus precibus.
Beata quoq; agmina.
celestium spirituum.
preterita presentia.
futura mala pellite.
Vates eterni iudicis.
apostoliq; domini.
suppliciter exposcimus.
saluari vestris precibus.
Martyres dei incliti.
confessores q; lucidi
nos ferte in celestibus.
vestris orationibus.
Chorus sacratus virginũ.
monachorumq; omnium.
simul cum sanctis omnibus.
consortes christi facite.
Mentem auferte ꝑfidam.
credentium de finibus
vt christo laudes debitas.
per soluamus alacriter.

De sancto Martino episcopo Iambicum archilochium.

Martine confessor dei.
valens vigore spiritus.
carnis fatiscens artubus.
mortis future prescius.
Qui pace christi affluens.
in vnitate spiritus.
diuisa membra ecclesie.
paci reformas vnice.

Quem vita fert pbabilem.
quem mors cruenta non ledit.
qui callidi versucijs.
in hora mortis derogas.
Hec plebs fide pmptissima.
tui diei gaudia.
votis colit fidelibus.
adesto miris omnibus.
Per te quies sit temporum.
vite detur solatium.
pacis redundet commodum.
sedetur omne scandalum.
Ut caritatis spiritu.
sic assuamus inuicem.
quo corde cum suspirijs.
christum sequamur intimis.
Qui letaris cum angelis.
exultas cum archangelis.
triumphas cum apostolis.
in seculorum seculis.

De sancta Elizabeth Trochaicum non multum elegans.

Hymnum deo vox iocunda.
decantet ecclesie.
nam congaudet letabunda.
syon mater filie.
ascendenti de profunda.
conualle miserie.
Quam regali stirpe natam.
in annis infantie.
vir accepit desponsatam.
indolis eximie.
semper tamen inspiratam
voto continentie.
Fide ple sacramento.
ratum hoc coniugium.
vero docet argumento.
quod patrum celestium.
vite sancto subcremento.
attingit consortium.
Lege carnis sic ligata.
non extinxit spiritum.
sed impleuit fide rata.
nec reliquit irritum.
quod a deo mens parata.
gerebat propositum.
Gloria sit iesu bone.
tibi nunc et iugiter.
qui certantes in agone.
adiuuas fideliter.
et mercedem das corone.
vincenti viriliter.

De eadem Jambicum ametrum.

Nouum sidus emicuit.
error vetus conticuit.
nouo splendore rutilat.
plebs nouas laudes intonat.
In cuius nunc preconia.
linguam soluat ecclesia.
nobis preconis gloriam.
promat sperando veniam.
Dies solennis agitur.
dies salutis colitur.
in qua spes que promittitur.
hac attestante redditur.
Hinc ergo dei famula.
elizabeth per secula.
christo conregnans veniam:
nobis poscas et gratiam.

De eadem Trochaicum.

Elizabeth collaudemus.
virtutum insignia.
horis eius presentemus.
deuote obsequia.
vt spe recta respiremus.
per eius suffragia.

Stirpe regum procreata.
in terra nobilium.
christum regem imitata.
cōditorē omnium.
choris est associata.
supernorum ciuium.
Pubertatis ducens annū.
sancte manet indolis.
sponsum accepit tyrannū.
quem virtutem in scholis.
mitem facit velut agnum.
iungit celi incolis.
Hec insignis et beata.
pauperum nutricia.
fastu mundi non elata.
nec parentum gloria.
in se carnis trucidata.
crucifixit vicia.
Aqua eam dum rigauit.
hostis innocentie.
potum lacte perforauit.
clauo penitentie.
et sic sese liberauit.
virtus paciencie.
Tandem viro destituta.
munda mundum exiuit.
christū mente iam induta.
saccum carni consuit.
et in tempus hec statuta.
sic lampas emicuit.
Veras censum paupertatis.
redimens diuitias.
de thesauro pietatis.
fudit auri copias.
et multorum egestatis.
suppleuit inopias.
fecit opus fuso cibi.
querens alimoniam.
et vilescens ipsa sibi.
querit ignominiam.
sciens soli christe tibi.
recti dari gloriam.
Huic ergo laudes demus.
et preces humiliter.
et adiuti emendemus.
quod putamus iugiter.
vt per eam conregnemus.
christo eternaliter.

In festo presentationis Marie Jambicum ametrum.

O dei sapientia.
attingens cuncta fortiter
humani lapsus vicia.
subleuasti suauiter.
Sumpsisti formam hoīs.
in qua mortem susciperes.
ex aluo nascens virginis.
ne consors culpe fieres.
Replens matrem dulcedinis.
dono dum aluo clauditur.
sic plena bonis inclytis.
vt stella fulgens oritur.
Amoris dans inditia.
certa tam efficaciter.
tota nostra precordia.
ad te traxisti dulciter.
Eterni patris ordine.
in templo virgo conceditur.
vbi mira dulcedine.
contemplando perfruitur.
Orationi dedita.
et diuinis obsequijs.
a mundo prorsus abdita.
archanis vacat studijs.
O mira redundantia.
et gratia data virgini.
que cuncta sunt flagrantia.
et grata summo numini.

Mens lingua caro spiritus.
sensus affectus actio.
electam monstrat celitus.
te matrem dei filio.
Gloria tibi domine.
qui natus es de virgine.
idem manens in numine.
patri cum sancto flamine.

De eodem Jambicum.

Sacri parentes virginis ste
riles naturaliter hoc dono
summi numinis susceperunt fe
liciter.
Uota soluentes filiam ad tem
plum trimam deferunt deo pla
centem hostiam ibi mansuram
deserunt.
Infātie tam tenere creuit vir
tus et gracia in omni complēs
opere creatoris obsequia.
Regitur sancti spiritus dome
stico dictamīe omnis virtutis
penitus decus splendet in vir
gine. Gloria tibi domine. etc.

De sancta katerina virgine et
martyre Ameter et corruptus.

Aue katerina martyr et re
gina
Uirgo deo digna mitis et be
nigna.
Costi regis nata xpo regi grata
vera spōsa xpi xpm induisti.
Que te spopōdisti sponsam fo
re christi.
sponsa sponso gratos fac nos
et acceptos.

Uictrix sapientum dum soluis
tormentum.
cesa lacte fluis syna sepeliris.
Monstra vite viam vt philoso
phiam.
mundi transeamus veram in
quiramus.
Ora et inclina nobis verum
syna.
vt intremus chorū tecū ange
lorum.
Sit laus deo pri summum xpo
decus.
spiritui sancto honor trinus et
vnus.

De sancto Conrado Constā
tieñ. episcopo. Hymnus ame
ter et solutus.

O preclara constantia.
cole solennia.
qui es celi cetibus.
iunctus florens virtutibus.
conradus presul indytus.
Hic largitatis filius.
pater eximius.
pauperum penurias.
pellit fundat ecclesias.
vir totus deo deditus.
Udalrico quos socio.
animas fluuio.
cernit in miseria.
vt aues per ministeria.
misse a pena liberat.
In paschali solennio.
sacro conuiuio.
illapsam araneam.
sumit nec lesus per eam.
viue cene dat exitum.
Ad huius tumbam sedula.

vigent miracula.
cecis visus redditur.
claudis gressus conceditur
egris salus exuberat.
Presta beata trinitas.
da simplex vnitas.
tanti patris precibus-
solutis a criminibus.
nobis celorum aditum.

De sancta Barbara. Ode sapphica endecasyllaba. Tetrastropha cū adomico Canitur sicut vita sanctorum de sancto Michaele.

Barbare laudes resonet quot annis.
Christianorum populus fidelis.
atq; solennem celebrate lucem
virginis omnes.
Castitas huic superūq; cura.
integri mores probitas q; simplex.
tota tum celum meruit q; vita
criminis expers.
Sedulo quisquis veneratur illam.
thure vel paruo litat angelorum.
pane nunq; destituetur atre.
mortis agone.
Illa celestum meritis opimis.
grata z rectori meruit clientes.
atq; deuotos rapere ex periclis
atq; tueri.
Virgo dilecta o nimium tonanti.
impetra humano generi salutē
exitu vite mereamur omnes.
visere christum.
Hymnus z laudes decus z potestas.
sit deo trino pariter q; et vno.
sit salus mundo fideiq; candor
tempus in omne.

De sancto nicolao Jambicū ametrum.

Exultet aula celica.
letetur mundi machina.
dum refert solis orbita.
nicolai solennia.
Qui vagitus infantie.
decorauit mirifice.
dans virtutum primordia.
inter artus tripudia.
Quarta cū sexta feria.
semel sugebat vbera.
iam in etate tenera.
hac vsus abstinentia.
Cuius tumba fert oleum.
matris oliue nescium.
quod natura non ptulit.
marmor sudando parturit.
O venerande pontifer.
pius nec tardus opifex.
cunctis qui corde credulo.
te querunt in periculo.
Aufer mortis dispendia.
confer vite stipendia.
quo post carnis exilia.
tecum simus in gloria.
Presta pater ingenite.
iesu cum sancto pneumate.
vt nicolai precibus.
celi iungamur ciuibus

Hymnus sapphicus endecasyllabus In sanctissimā beate virginis conceptōem: qui canitur sicut Ut qant laxis vel Iste cōfessor.

Virginis festum celebrem⁹ omnes.
qua die primū genitricis aluo.
rite cōcepta et fuerat: parentū.
criminis expers.
O parens salue supi tonantis
celicis turbis venerāda mat.
gentibus cūctis merito colēda.
virgo beata
Te senes matrē celebrāt ōserti
te colit mitis iuuenū caterua.
te pie matres piterqꝫ laudat.
pulchra puella.
Clamitant oēs famuli fideles.
te sacrā purā macula carentem
atqꝫ cū primū ex vtero parētis.
conciperreris.
Impius cedat temerariusqꝫ.
virginis sancte fideiqꝫ cultor.
qui tibi labē voluit nephand⁹
pingere primā.
Respice interram gnosa plcs
et graues iāiam miserare casus
quos tulit mōs scelerū refert⁹
spes miserorum.
O rphāi magnū vidueqꝫ asylū
atqꝫ pregnantū facilis patrona
desinant vane celebrare gētes.
festa diane.
Sola peccātes aīo benigno.
deseris nunqꝫ veniā petentes.
nō potes qcquā famlo negare.
te veneranti.
Mitiga christū genitū pcamur
parcat vt nob miseris fatemur
grande delictū toties patrasse.
crimine pleni
Sed pijs virgo pcib⁹ remulce.
iudicē iustū: morimur nephādi
ni velis nobis veniā impetrare
o mediatrix.
Dulcis et clemens pia virgo cunctis.
ferto delicti cumulo grauatis.
nūc opem tecū capiant pennis.
gaudia vite.

De eadem.

O sponsa christi fulgida regina celi inclitaqꝫ virgo prudētissima et mater dei intacta. Floresce dulcis filia in matris aluo concepta de qua flos campi speciosus nasci voluit dns. Tu virga stirpe regia dauid sacrata exorta que regē sine macula regum lactasti domina. Tu porta semper serata prophete ore predicta q nulli vnqꝫ peruia mortali esses maria. Princeps solus transiuit p te qui cuncta creauit qui verbum dei dicitur et toto corde colit. Hec tua nobis conceptō virtutum dona det in mundo vt grates tuo filio dicamus. cum tripudio. Laus trinitati inclyta sit semp ac victoria in vnitate solida p seculorum secula.

De eodem Iambicum archilochium.

O sancta mundi domina.
regina celi inclyta.
o stella maris maria.
virgo mater deifica.
Emerge dulcis filia.
niteste nunc virguncula.
florem latura nobilem.
christum deum et hominem.
Conceptus tui annua.
en colimus solennia.
quo stirpe electissima.
mundo fulsisti genita.
Per te sumus terrigene.
simul ꝗꝫ iam celigene.
paccati pace nobili.
more inestimabili.
Sit trinitati gloria.
sit decus ac victoria.
in vnitate solida.
per seculorum secula.

De eodem Carmen vt precedens incultius paululum.

Beata dei genitrix.
verbum que portasti pris.
nos tibi noctis tempore.
psallentes clemens respice.
Noctem repelle seculi.
omni ꝗꝫ fine diei.
potenti tua gratia.
pacis da nobis munera.
Et deo letus transeat.
conceptus tuus quem faciat.
nec vllos tibi subditos.
hostis per turbet famulos.
Prestet hoc nobis trinitas.
vna simul ꝗꝫ deitas.
quē laudant omnes consona.
voce per cuncta secula.

De apostolis in cōmuni Jambicum ametrum.

Exultet celum laudibus.
resultet terra gaudijs.
apostolorum gloria.
sacra canunt solennia.
Vos secli iusti iudices.
et vera mundi lumina.
votis precamur cordium.
audite preces supplicum.
Qui celum verbo clauditis.
serasꝗꝫ eius soluitis.
nos a peccatis omnibus.
soluite iussu quesumus.
Quorū precepto subditur.
salus et languor omnium.
sanate egros moribus.
nos reddentes virtutibus.
Vt cum iudex aduenerit.
christus in fine seculi.
nos sempiterni gaudij.
faciat esse compotes.

De eodem festo Jambicum dimetrum archilochium.

Eterna christi munera.
apostolorū gloria.
laudes ferentes debitas.
letis canamus mentibus.
Ecclesiarum principes.
belli triumphales duces.
celestis aule milites.
et vera mundi lumina.
Terrore victo seculi.
penisꝗꝫ spretis corporis.
mortis sacre compendio.
vitam beatam possident.
Deuota sanctorum fides

inuicta spes credentium.
perfecta christi charitas.
mundi triumphat principē.
In his paterna gloria.
in his voluntas spiritus.
exultat in his filius.
celum repletur gaudijs.
Te nunc redemptor quesumus
vt ipsorum consortio.
iungas precantes seruulos.
in sempiterna gaudia.

De eodem Jambicū dimetrū.
Ortu phebi iam primo.
hymnū canamus domino
apostolis condebitam.
ferentes reuerentiam.
Quo mereamur effici
semper horum pedissequi.
spernentes transitoria.
tendentes ad perennia.
Iudex christus cum venerit.
referre cunctis propria.
tunc nobis nō supplicia.
proueniant sed premia.
Hec prestat summa deitas.
patris nati ꝗꝫ vnici.
sancto ꝗꝫ cum spiramine.
in sempiterno tempore.

Hymnus Sapphicus in fe-
sto diui Thome apostoli Cani
tur sicut Quod chorus vatum
vel iste confessor.

Ceteri vates celebrēt miner(ue)
virgis laudes bromiū ꝗꝫ le
delphici laudes epidauriūꝗꝫ (tū
carmine sacro
At mihi sanctos meorād⁹ inē.
ꝑm⁹ est thomas mihi singlari.
iure sacrandus: mihi singulari
cultus amore
O huius nob grauib⁹ periclis
semp occurras: miseris asylum
impetra pacem: veniā: salutē.
Te venerant.
Semitas pn̄s comitare thoma
pelle tendentē insidias: auerni.
presidem nostris vigilē ruinis.
omnibus horis.
Cōcionatus pplis ab ortu.
ꝑsidi: hircanis: tua verba medi
parth⁹ audiuit sil' vrbs, edessa.
facta fidelis.
Qui mīas regū nihil estimādo
solis in tēplo simulacra rūpis.
noīe in christi: a mīꝑis fugādo.
demonas hostes.

De pluribus martiribus Ad
vespas Jambicū archilochiū.
Rex gloriose martyrum:
corona confitentium.
qui respuentes terrea.
per ducis ad celestia.
Aurem benignam ꝓtinus.
appone nostris vocibus.
trophea sacra pangimus.
ignosce quod delinquimus.
Tu vincis in martyribus.
parcendo confessoribus.
tu vince nostra crimina.
donando indulgentiam.

De eodē Carmē asclepiadeū
choriambicū cū gliconico.
Sctorū merit͛ iclyta gaudia.
pāgam⁹ socij gestaꝗꝫ fortia
nā gliscit anim⁹ ꝓmere cantib⁹
victorū genus optimum.

Nō sūt q̄s retinēs mōs ībōrū
ipm nā sterili flore p aridā. (it.
spreuere penit⁹ teq̄ꝫ secuti sunt.
rex christe bone celitus.
Nō p te furias atqꝫ ferotia.
calcarūt hōim seuaqꝫ verbera.
cessit his lacerans fortit̄ vngl̄a
nec carpsit penetralia.
Cedunt gladijs more bidētiū
n̄ murmur resonat nec q̄rimōia
sed corde tacito mēs bn̄ ꝯscia.
conseruat pacientiam.
Que vox q̄ poterit ligua retexere.
q̄ tu martyribus mūera p̄paras
rubri nā fluido sanguie laureis
ditantur benefulgidis.
Te sūma deitas vnaqꝫ poscim⁹
vt culpas ab'uas noxia subtrahas.
des pacē famlis nos q̄ꝫ gloriā
per cuncta tibi secula.
De vno martyre Jābicum archilochium.
Deus tuorū militum.
sors et corona premium.
laudes canentes martyris.
absolue nexu criminis.
Hic nempe mundi gaudia.
et blandimenta noxia.
caduca rite deputans.
puenit ad celestia.
Penas cucurrit fortiter.
ꝛ sustulit viriliter.
p te effundens sanguinem.
eterna dona possidet.
Ob hoc precatu supplici.
te poscimus pijssime.
in hoc triumpho martyris.
dimittte noxam seruulis.
Laus et perennis gloria.
deo patri cum filio.
sancto simul paraclito.
in sempiterna secula.
De eodē Jambicū vt p̄cedēs.
Martyr dei qui vnicum.
patris sequendo filium.
victis triumphans hostibus.
victor fruens celestibus.
Tui precatus munere.
nostrum reatum dilue.
arcens mali contagium.
vite remouens tediū.
Soluta sunt iam vincula.
tui sacrati corporis.
nos solue vinclis seculi.
amore dei filij.
De eodē Jambicū vt p̄cedēs.
O martyr eterne patris.
inuicte miles filij.
athleta fortis spiritus.
nobis faue poscentibus.
Christi crucem tu baiulas.
christo q̄ꝫ confixus cruci.
iocunda spernens seculi.
gaudes modo in regno dei.
Nunc ergo nobis quesumus.
presens adesto cominus.
omne impetrando cōmodum.
et post perenne gaudium.
De vno confessore pontifice hymnus sapphicus.
Iste cōfessor dn̄i sacratus.
festa plebs c⁹ celebrat p orbē
hoc die letus meruit secreta
scandere celi.
Qui pi⁹ prudēs humil' pudic⁹
sobrius castus fuit et quietus.
vita dum pn̄s vegetauit eius.
corporis artus.

Ad sacrū cui⁹ tumulū frequēt.
mēbra languentū mō sanitati.
quolibet morbo fuerit grauata.
restituuntur.
Vn̄ nūc noster chor⁹ ī honore.
ipius hymnū canit hūc libent.
vt piis eius meritis iuuemur.
omne per euum.
Sit salus illi decus atq̄ virt⁹.
qui supra celi residēs cacumen.
toti⁹ mōi machinā gubernat.
trinus et vnus.

De eodem Jambicū ametrum

Hic est verus christicola.
apostolorum asecla.
cuius mater ecclesia.
sacra peomit solennia.
Quis ille felix gaudia.
ouans conscendit ardua.
celi genarum epulis.
fruiturus perennibus.
Huius o christe meritis.
nostris adesto precibus.
quo tibi laudum debita.
deferamus obsequia.
Tibi patri q̄ gloria.
cum sancto sit spiramine.
in summa celi curia.
nunc et per omnia secla.

De eodem Jambicum dimetrum.

Iesu redemptor omnium.
perpes corona presulum.
in hac die clementius.
nostris faueto precibus.
Tui sacrati numinis.
confessor almus claruit.
cuius celebrat annua.
deuota plebs solennia.
Qui rite mundi gaudia.
huius caduca respuens.
cum angelis celestibus.
letus potitur premiis.
Huius benigne annue.
nobis sequi vestigia.
huius precatu seruidis.
dimitte noxam criminis.
Presta pater ꝛc.

De virginibus ad vesperas. Jambicum vt precedens.

Iesu corona virginum.
quem mater illa concipit.
que sola virgo parturit.
hec vota clemens accipe.
Qui pascis inter lilia.
septus choreis virginum
sponsus decorus gloria.
sponsisq̄ reddens premia.
Quocunq̄ pergis virgines.
sequuntur atq̄ laudibus.
post te canentes cursitant.
hymnosq̄ dulces personant.
Te deprecamur largius.
nostris adauge mentibus.
nescire prorsus omnia.
corruptionis vulnera.
Presta pater piissime.
patri q̄ compar vnice.
cum spiritu paraclito.
regnans per omne seculum.

De eodem hymnus Sapphicus.

Virginis ples opifex q̄ matris.

virgo quē gessit pepitq̄ȝ virgo.
virginis festū canim⁹ tropheū.
accipe votum.
Hec tua virgo duplici beata.
sorte dū gessit fragilē domare.
corpis sexū domuit cruentum.
corporeseclum.
Vñ nec mortē nec amica mortꝫ
seua penaꝝ genera pauescens.
sanguine fuso meruit secreta.
scandere celi.
Hui⁹ obtentu deus alme nr̄is.
parce iā culpis vicia remittens
quo tibi puri resonem⁹ almum.
pectoris hymnum
Gloria patri genitoq̄ȝ proli.
et tibi compar vtriusq̄ȝ semper.
spiritus alme deus vnus omi.
tempore secli.
De eodem Jambicum ametꝝ.
O rex benigne domine.
virginum palma fulgida.
audi quas fundunt populi.
preces precantes cernui.
Alme virginis rutilat.
festa dies ac celebris.
A.precibus.
cuius muniti petimus.
Huius hortatu supplices.
precamur atq̄ȝ humiles.
pacem concedas cordium.
vitare labes criminum.
Mentes accendat charitas.
igne flamescat animus.
diuino semper munere.
sic vigeamus perpetim.

In dedicatiōe ecclesie Ad vesperas Carmen Trochaicum incultum.

Urbs beata hierusalem.
dicta pacis visio.
que construitur in celis.
viuis ex lapidibus.
et angelis coronata.
vt sponsata comite.
Noua veniens e celo.
nuptiali thalamo.
preparata vt sponsata.
copuletur domino.
platee et muri eius.
ex auro purissimo.
Porte nitent margaritis.
aditis patentibus.
et virtute meritorum.
illuc introducitur.
omnis qui pro christo deo.
hic in mundo premitur.
Tunsionibus pressuris.
expoliti lapides.
suis coaptantur locis.
per manum artificis.
disponunt permansuri.
sacris edificijs.
Angulare fundamentum.
lapis christus missus est.
qui compage parietum.
in vtroq̄ȝ nectitur.
quē syon sancta suscepit.
in quo credens permanet.
Omnis illa deo sacra.
et dilecta ciuitas.
plena modulis in laude.
et canore iubilo.
trinum deum vnicumq̄ȝ
cum fauore predicat.
Hoc in templo summe deus.
exoratus adueni.
et clementi bonitate.
precum vota suscipe.

largam benedictionem.
hic infunde iugiter.
Hic promereantur omnes.
petita acquirere.
et adepta possidere.
cum sanctis perenniter.
paradisum introire.
translati in requiem.
Gloria et honor deo.
usquequo altissimo.
una patri filioque.
inclyto paraclito.
cui laus est et potestas.
per eterna secula.

De eodem Carmen sapphicū.

Christe cūctorū dn̄ator alme
pr̄is eterni genit⁹ ab ore.
supplicū vota pariterque hymnū
cerne benignus.
Cerne que puro de⁹ in honore
plebs tua supplex resonet ī aula
annua cui⁹ redeunt colenda.
tempore festa.
Hec domus rite tibi dedicata.
noscit in qua populus sacratū.
corpus assumit bibit et beati.
sanguinis haustum
Hic sacro scti latices veternas
diluūt culpas pmūt que noxas.
chrismate vero gen⁹ ut erectur
christicolarum.
Hic sal⁹ egris medicina fessis.
lumen orbatis veniaque nostris
fert offensis timor atque meror.
pellitur omnis
Demōis seua perit hic rapina
peruicax mōstrū pauet et retēta
corpa linquēs fugit in remotas
ocius umbras.
Gloria summū resonet parentē
gloria natū pariterque sanctum.
spiritum dulci moduletur hymno
omne per euum.

Carmē Jambicum dimetrum.

Primo dierū omnium.
quo mundus extat conditus
vel quo resurgens conditor.
nos morte vita liberet.
Pulsis procul torporibus.
surgamus omnes ocius.
et nocte queramus pium.
sicut prophetam nouimus.
Nostras preces ut audiat.
suamque dextram porrigat.
ut expiatos sordibus.
reddat polorum sedibus.
Ut quique sacratissimo.
huius diei tempore.
horis quietis psallimus.
donis beatis muneret.
Iam nunc paterna claritas.
te postulamus affatim.
absit libido sordidans.
omnisque actus noxius.
Ne feda sit vel lubrica.
nostri compago corporis.
per quod auerni ignibus.
ipsi crememur acrius.
Ob hoc redemptor quesumus
ut probra nostra diluas.
vite perennis commoda.
nobis benigne conferas.
Quo carnis actu exules.
effecti ipsi celibes.
ut prestolemur cernui.
melos canamus glorie.
Presta pater piissime.
patrique compar unice.

cum spiritu paraclito.
regnans per omne seculum.
Carmen Jambicū dimetrum

Eterne rerum conditor.
noctem diemqȝ qui regis.
et temporum das tempora.
vt alleues fastidium.
Preco diei iam sonat.
noctis profunde peruigil.
nocturna lux viantibus.
a nocte noctem segregans.
Hoc excitatus lucifer.
soluit polum caligine.
hoc omnis errorū chorus.
viam nocendi deserit.
Hoc nauta vires colligit.
pontiqȝ mitescunt freta.
hoc ipsa petra ecclesie.
canente culpam diluit.
Surgamus ergo strennue.
gallus iacentes excitat.
et somnolentos increpat.
gallus negantes arguit.
Gallo canente spes redit.
egris salus refunditur.
mucro latronis conditur.
fides lapsis reuertitur.
Iesu labentes respice.
et nos videndo corrige.
si respicis lapsi cadunt.
fletuqȝ culpa soluitur.
Tu lux refulge sensibus.
mentisqȝ somnū discute.
te nostra vox primum sonet.
et ore psallamus tibi.
Sapphicum endecasyllabon.
Nocte surgētes vigilemꝰ oēs
semp in psalmis meditemur at
viribus totis dño canamꝰ. (que
dulciter hymnos.
Vt pio regi pariter canentes.
cū suis sanctis mereamur aulā
ingredi celi: simul et beatam.
ducere vitam
Prestet hoc nobis deitas btā.
patris ac nati: pariterqȝ sancti
spiritus: cuius reboat in oīni
gloria mundo.
Sapphicꝰ hymnus
Ecce iā noctis tenuatˀ vmbra.
lucis aurora rutilās coru
viribꝰ totis rogitemꝰ oēs. (scat
cunctipotentem.
Vt deus noster miseratꝰ oēm.
pellat languorem tribuat salutē
donet et nobis pietate patris.
regna polorum.
Carmen Jambicū.
dimetrum. Ambrosius auctor.
Iam lucis orto sidere.
deum precemur supplices.
vt in diurnis actibus.
nos seruet a nocentibus.
Linguam refrenans temperet
ne litis horror insonet.
visum fouendo contegat.
ne vanitates hauriat.
Sint pura cordis intima.
absistat et vecordia.
carnis terat superbiam.
cibi potusqȝ parcitas.
Vt cum dies abscesserit.
noctē qȝ sors reduxerit.
mundi per abstinentiam.
ipsi canamus gloriam.
Deo patri sit gloria.
eiusqȝ soli filio.
cum spiritu paraclito.
et nunc ꝛ in perpetuū.

Ad tertiam Jambicū dimetrū Ambroſius auctor.

Nunc ſancte nobis ſpiritus
vnus patri cum filio.
dignare promptus ingeri.
noſtro profuſus pectori.
Os lingua mens ſenſus vigor
confeſſionem perſonet.
flammaſcat igne charitas.
accendat: ardor proximos

Ad ſextam. Jambicum dimetrum Ambroſius auctor.

Rector potens verax deus.
qui tempas rerum vices.
ſplendore mane inſtruis.
et ignibus meridiem.
Extingue flammas litium.
aufer calorem noctium.
confer ſalutem corporum.
veramq; pacem cordium.
Rerum deus tenax vigor.
immotus in te permanens
lucis diurne tempora.
ſucceſſibus determinās.
Largire clarum veſpere.
quo vita nuſq; decidat.
ſed premium mortis ſacre.
perennis inſtet gloria.

De eodem Jambicum dimetrum.

Te lucis ante terminum.
rerū creator poſcimus.
vt ſolita clementia.
ſis preſul ad cuſtodiam.
Procul recidant ſomnia.
et noctium phantaſmata.
hoſtemq; noſtrum cōprime
ne polluantur corpora.

De eodē Jambicū dimetrum.

Somno refectis artubus.
ſpreto cubili ſurgimus.
nobis pater canentibus.
adeſſe te depoſcimus.
Te lingua primū concinat.
te mentis ardor ambiat.
vt actuum ſequentium
tu ſancte ſis exordium.
Cedant tenebre lumini.
et nox diurno ſideri.
vt culpa quam nox intulit.
lucis labeſcat munere.
Precamur idem ſupplices.
noxas, vt omnes amputes.
et ore te canentium.
lauderis in perpetuum.

De eodē Jambicum dimetrū.

Splendor paterne glorie.
de luce lucem proferens.
lux lucis et fons luminis.
dies diem illuminans
Veruſq; ſol illabere.
micans nitore perpeti.
iubarq; ſancti ſpiritus.
infunde noſtris ſenſibus.
Votis vocemus te patrem.
patrem perennis glorie.
patrem potentis gratie.
culpam releget lubricam.
Informet actus ſtrenuos.
dentem retundet inuidi.
caſus fecundet aſperos.
donet gerendi gratiam.
Mentem gubernet et regat.
caſto fideli et corpore.
fides calore ferueat.
fraudis venena neſciat.

Christusq nobis sit cibus.
potusq noster sit fides.
leti bibamus sobriam.
ebrietatem spiritus.
Letus dies hic transeat.
pudor sit vt diluculum.
fides velut meridies.
crepusculum mens nesciat.
Amor cursus promoueat.
aurora totus prodeat.
in patre totus filius.
et totus in verbo pater.

De eodem iambicum dimetrũ
Immense celi conditor.
qui mixta ne confunderet.
aque fluenta diuidens.
celum dedisti limitem.
Firmans locum celestibus.
simulq terre riuulis.
vt vnda flammas temperet.
terre solum ne dissipet.
Infunde nunc piissime.
donum perennis gratie.
fraudis noue ne casibus.
nos error atterat vetus.
Lucem fides inueniat.
sic luminis iubar ferat.
hec vana cuncta terreat.
hanc falsa nulla comprimat.

De eodem Jambicũ dimetrũ.
Consors paterni luminis.
lux ipse lucis et dies.
noctem canendo rumpimus.
assiste postulantibus.
Aufer tenebras mentium.
fuga cateruas demonum.
expelle somnolentiam.
ne pigritantes obruat.
Sic christe nobis omnibus.
indulgeas credentibus.
vt prosit exorantibus.
quod precinentes psallimus.

De eodem Jambicum dimetrũ Prudenti⁹ auctor.
Ales diei nuncius.
lucẽ ꝓpinquã precinit.
nos excitator mentium.
iam christus ad vitam vocat.
Auferte clamat lectulos.
egro sopore desides.
castiq recti ac sobrij.
vigilate iam sum proximus.
Iesum sciamus vocibus.
flentes precantes sobrie.
intenta supplicatio.
dormire cor mundum vetat.
Tu christe summum discute.
tu rumpe noctis vincula.
tu solue peccatum vetus.
nouum q lumen ingere.

De eodem Jambicũ dimetrũ.
Telluris ingens conditor.
mundi solum qui eruens.
pulsis atq molestijs.
terram dedisti immobilem.
Vt germen aptum proferens.
fuluis decora floribus.
fecunda fructu sisteret.
pastumq gratum redderet.
Mentis perusté vulnera.
munda vigoris gratia.
vt facta fletu diluat.
motusq prauos atterat.
Iussis tuis obtemperet.
nullis malis approximet.
bonis repleri gaudeat.
et mortis actum nesciat.

Jambicū dimetrū.
Rerum creator optime.
rectorq3 noster aspice.
nos a quiete noxia.
mersos sopore libera.
Te sancte christe poscimus.
ignosce tu criminibus.
ad confitendum surgimus.
morasq3 noctis rumpimus.
Mentes manusq3 tollimus.
prophetam sicut nouimus.
nobis gerendum precipit.
paulusq3 gestis censuit.
Vides malum quod gessimus
occulta nostra pandimus.
preces gementes fundimus.
dimitte quod peccauimus.

Jambi. di.
Nox et tenebre et nubila.
confusa mundi et turbida.
hic intrat albescit polus.
christus venit discedite.
Caligo terre scinditur.
percussa solis radio.
rebus q3 iam color redit,
vultu nitenti sideris.
Te christe solum nouimus.
te mente pura et simplici.
flendo et canendo quesumus,
intende nostris sensibus.
Sunt multa fuscis illita.
que luce purgentur tua.
tu lux eoū sideris.
vultu sereno illumina.

Jambi. di.
Celi deus sanctissime.
qui lucidū centrum poli.
candore pingis igneo.
augens decoro lumine.
Quarto die qui flammeam.
solis rotam constituens,
lune ministrans ordinem.
vagos recursus siderum.
Ut noctibus vel lumini.
direptionis terminum,
primordijs et mensium.
signum daret notissimum.
Illumina cor hominum.
absterge sordes mentium.
resolue culpis vinculum.
euerte moles criminum.

Jambicū dimetrū.
Lux ecce surgit aurea.
pallens fatiscat cecitas.
que nosmetipsos in preceps.
diu errore traxit deuio.
Hec lux serenum conferat.
puros q3 nos prestet sibi.
nihil loquamur subdolum.
voluamus obscurum nihil.
Sic tota decurrat dies.
nec lingua mendax nec manus
oculi nec peccent lubrici.
nec noxa corpus inquinet.
Speculator astat desuper.
qui nos diebus omnibus.
actusq3 nostros prospicit.
a luce prima in vesperum.

Jambicum dimetr.
Tu trinitatis vnitas.
orbem potenter qui regis.
attende laudum cantica.
que excubantes psallimus.
Iam lectulo consurgimus.
noctis quieto tempore.
vt flagitemus vulnerum.
a te medelam omnium.
Quo fraude quicqd demonū.
in noctibus deliquimus.
abstergat illud celitus.

tue potestas glorie.
Nec corpus assit sordidum
nec torpor instet cordium.
nec criminis contagio.
tepescat ardor spiritus.
Ob hoc redemptor quesumus
r eple nos tuo lumine.
per quod dierum circulis.
nullis ruamus actibus.

Jambicū dimetrū.

Eterna celi gloria.
beata spes mortalium.
celsi tonantis vnice.
casteq́ꝫ proles virginis.
Da dexteram surgentibus.
exurgat et mens sobria.
flagransq́ꝫ in laudem dei.
grates rependat debitas.
Ortus refulget lucifer.
sparsamq́ꝫ lucem nunciat.
cadit caligo noctium.
lux sancta nos illuminet.
Manens q́ꝫ nostris sensibus.
noctem repellat seculi.
omniq́ꝫ fine diei
purgata seruet pectora.
Quesita iam primum fides.
radicet nostris sensibus.
secunda spes congaudeat.
qua maior extat charitas.

Jambicū dimetrū.

Plasmator hominis deus. (
qui cūcta solus ordinās.)
humum iubes producere.
reptantis et fere genus.
Qui magna rerum corpora.
dictu iubentis viuida.
vt seruiant per ordinem.
subdens dedisti homini.

Repelle a seruis tuis.
quicq̄d per immundiciam.
aut moribus se suggerit.
aut actibus se interserit.
Da gaudiorum premia.
da gratiarum munera.
dissolue litis vincula.
astringe pacis federa.

Jambicū dimetrū.

Summe deus clementie.
mundiq́ꝫ factor machine.
vnus potentialiter.
trinusq́ꝫ personaliter.
Nostros pius cum canticis.
fletus benigne suscipe.
quo corde puro sordibus.
te perfruamur largius.
Lumbos iecurq́ꝫ morbidum.
adure igne congruo.
accincti vt sint perpetim.
luxu remoto pessimo.
Vt quiq́ꝫ horas noctium.
nunc concinando rumpimus.
donis beatis patrie.
ditemur omnes affatim.

Jambicū dimetrū.

Aurora iam spargit polum.
terris dies illabitur.
lucis resultat speculum.
discedat omne lubricum.
Phantasma noctis decidat.
mentes reatus subruat.
quicq̄d tenebris horridum.
nox attulit: culpe cadat.
Vt mane illud vltimum.
quod prestolamur cernui.
in lucem nobis effluat:
dum hoc canore concrepat.

De sancta agatha Metrum dactylicum alcmanium hypercatalecticum.

Martyris ecce dies agathe.
virginis emicat eximie.
qua christus sibi eam sociat.
et dyadema duplex decorat.
Stirpe decens elegās specie.
sed magis actibus atq₃ fide.
terrea prospera nil reputans.
iussa dei sibi corde ligans.
Fortior hec trucibus q₃ viris
exposuit sua membra flagris.
pectore q₃ fuerit valido.
torta mamilla docet patulo.
Delicie cui carcer erat.
pastor ouem petr⁹ hāc recreat.
inde gauisa magisq₃ flagrans.
cuncta flagella cucurrit ouans
Ethnica turba rogū fugiens.
huius et ipsa meretur opem.
quos fidei titulus decorat.
his venerē magis quos p̄mat.
Iā renitens quasi spōsa polo.
pro miseris supplica domino.
sic sua festa coli faciat.
se celebrantibus vt faueat.
Gloria cū patre sit genito.
spiritui prouide q₃ sacro.
qui deus vnus est omnipotēs.
hanc nostri faciat memoriam.

De nati. xpi Jambicum archilochiū fortunatus eps auctor

Agnoscat omne seculum.
venisse vite premium.
post hostis asperi iugum.
apparuit redemptio.
Esaias que cecinit.
impleta sunt de virgine.
ānunciauit angelus.
sanctus repleuit spiritus.
Maria ventre concipit.
verbi fidelis semine.
quē totus orbis nō capit.
portant puelle viscera.
Radix yesse iam floruit.
et virga fructum edidit.
fecunda partum protulit.
et virgo mater permanet.
Presepe poni pertulit.
qui lucis auctor extitit.
cū patre celos condidit.
sub matre pannos induit.
Legem dedit qui seculo.
cuius decem precepta sunt.
dignando factus est homo.
sub legis esse vinculo.
Adam vetus quod polluit.
adam nouus hoc abluit.
tumens quod ille deiecit.
humillimus hic erigit.
Iam nata lux ē et salus.
fugata nox et victa mors.
venite gentes credite.
deum maria protulit.

De scto ioh: Carmē sapphicū

Preco p̄clar⁹ sacer ꝛ p̄pheta.
reg⁹ eterni panymph⁹ almi
vox q₃ clamantis: dn̄o potēter.
dirige callē.
Qui redēptorē digito notasti.
rite tollentē scelus oīe mundi.
intimans agnū pietate cunctū
soluere mundum.
Angelus cū tu vocitaris alti.
iura formantē flagita tonantē.
quatin⁹ sāctis sociemur astris
arce polorum.
Hoc q₃ tu p̄sta genitor supne.
nate supmi dator ac redēptor.

spūs rector tribue precamur.
omne per euum.

Ad beatum martinum Carmē asclepiadeum coriambicum.

Fratres vnanimes federe nexili.
mecū participes lumis annui.
quo solis hodie fulmīat orbita.
martini reuehēs festa celebria.
Cantemus pariter carmē amabile.
martini meritis oppido nobili
clerus cum populo consonet organo.
grandi nam volupe est psallere gaudio.
Martinus qm̄ vota fidelium.
attendit tribuens cuncta salubria.
confert hic famulis rite canentibus.
stellis aureola serta micantibus
Cunctis candelabrum luminis extitit.
a multis tenebras mortis et expulit.
virtutum statuit crescere germina.
in quorum fuerant pectore crimina.
His nos subsidijs vndiqꝫ prediti.
pangamus proprio cantica p̄suli.
laudemus parili voce quod approbat.
damnemus vigili mente quod improbat.
Martinum precibus gens modo gallica.
dignis solicitet: nostraqꝫ patria.
martinus faciat tpa pspera.
mūdi christe salus o tibi gloria

Finis.

Henricus Bebelius iustingensis.ad iuuentutē vt discat tempore iuuente et floride etatis.

Disce bonas artes iuuenis suadente minerua
Dum non maxillas hispida barba tegat
Instrue nunc mentem studijs dum floreat etas
Jam veniet volucri pigra senecta pede
Ingenium rapit hec feruens:animū q capacem
Hec rapit et formam:et corporis omne decus
Deturpat nitidos crines:rugas q seniles
Inducit:nobis nil nisi triste ferens
Candida:nonne vides:surgunt nunc lilia campi
Surgit in hammatis nunc rosa pulchra rubis
Que peritura breui bruma torpente rigescunt
Tempus edax celeri sic pede cuncta rapit
Nec tibi concessum est:annosi more colubri
Annos:⁊ veterem deposuisse cutem
Nec tibi cornicis:cerui aut spaciosa vetustas
Est data:nec viues tempora nestorea
Sed tua vita cito transit ceu lilia campi
Nec que preterijt hora redire potest
Ergo frequens discas sophie pulcherrima dona
Ex his post cineres.candida fama venit
Singula nam pereunt:vulgus que diuit opima
Et color:et facies:forma decore nitens
Diuitie:vestes phrygijs innixa columnis
Atria transibunt:durat in orbe nihil
Sola mori spernunt musarum:⁊ dona minerue.
Atq his post cineres gloria maior erit

Uersiculi quidā henrici Bebelij iustingensis egregias sententias in se continentes.

Carmen sodaticum

Lex bona.non mala vis:sapiens:nō stultus abundans.
Ante ferendus erat et meritum haud fauor est
Temporibus pristis:sed nostro tempore versas
Uti fertur folium:et dicere vera potes
Sic
Est fauor haud meritum vt erit anteferendus abundās
Stultus non sapiens vis mala non bona lex

Vor reycher dorhait soll weißhait ston
vor gunst sol ouch billichait gon
vir gewalt dar zu das recht
ker das blat rum du wirst gewert
Cur ego mortalis possum letarier vnq̃
Tempus em̃ quo sum vel moriturus erit
Sed quando immineat nunq̃ cognoscere possum
Et quo perueniam nescius atq̃ miser
Ich stirb vnd waiß nit wan
ich far vnd waiß nit wa hin
mich nempt wunder das ich frelich bin
Ach quis solicito non gestat mille dolores
pectore: quisq̃ suas sustinet ecce cruces.
welcher mag syn vff erd brait vnd weyt
der nit hab krutz vnd anfechtung zu aller zyt
Paupertas tumida et mendax cum diuite sacco.
Atq̃ senex veneris malesani et cultor amoris
Displicuisse solent hi tres homini q̃ deo q̃
Alt buler vnd hoffertig arm man.
richer lugner ist ouch dar an
denen gemayn ist got vnd die welt gran
Hec quatuor peruertunt
omnia iudicia
Pinguia dona: odium: fauor: et timor extitio sunt
Judicijs: per que iudex corrumpitur omnis.
Gelt gunst forcht vnd nyd send
die recht werffend an ein glinck end
Hec tria peruertunt regna
et vrbes
Urbes peruertunt et florentissima regna.
Res priuata: simul non multum experta iuuente
Consilia: atq̃ latens funesto in corde simultas
Aigner nutz: iunger rat vnd verborgner nyd
verderbt vil stett land vnd leyt
Hec tria faciunt
sapientem virum
Hec sunt prudentis faciunt hec iure sagacem
Copia librorum cui sit peruisa frequenter
Qui mores hominum multas et viderit vrbes
Calleat historias: regum q̃ heroica gesta

Den schrybend die alte wyß vnnd clug,
der vil biecher gelesen hat vnd lender gnug
erfaren dar: u menchen man
der vil alte geschichten waist vnd kan

Hec sunt que maxime
homines decipere solent.

Decipiunt multos (.vt nos docuere priores.)
Et fauor haud durans principis atq; ducum
Et muliebris amor nec non aprile serenum
Labile vel folium quod rosa pulchra geris
Nisus et accipiter multo discrimine equus q;
Tractatur: sepe et tessera vota negat

Herren gunst vnd aberellen wetter
frowen liebe vnd rose bletter.
roß: würffel vnd feder spill
betriegen menchen der eß geloben wil

Profuit ingenium quondã coluisse per artes
nunc valet ad mundum nũ nisi diuitie.

Vor zytten ward hoch geacht kunst ler
vnd haust ytz gelt so haust du er

Proch doloꝛ o superi veneratur solus abundans
nec probus aut doctus nemo iuuat inopem
Diligitur nullus nisi cum sit adulans
fallere qui nescis veh tibi nunc misero

Allain geert wirt ytz der reiche man
frõme vnd kunst gat gar vnden dran
allain geliebt der schmaiher fry
we dier kanst ytz nit triegery

Ad ioannem naucler ꝛ alias vergenhans. iuris pontificij. ꝛ omis litterarie disciplinae antistitem et patronū. Thūbingensis ecclesie collegiate prepositum. ac gymnasij cancellarium celeberrimum.

Epistola henrici Bebelij iustingensis

Multum diuꝙ cogitanti mihi. Joannes nauclere virorum optime ac doctissime. quo pacto tuis in me beneficijs. ꝛ ijs quidē liberalissimis aliqua ex parte rn̄derem. magnitudine illorū obrutus timebam. ne si paruo aliquo animi mei candore et simplicitate tibi gratificarer. impudens existimarer. et nimiū ingratus. qui cū magna accepissem. paucis repensare studerem. quare cū ad ingratitudinis vsꝙ vitiū substiterim. ꝙ grandi aliquo mūere tuas edes pulsarem. nō video iam demum. quo modo tibi satisfaciam. sꝫ quo me gratum ostendam. docuit ad traianū cesarem plutarchus. vbi inquit. cum artaxerxi persarū regi obequitanti olim. obuius operari⁹ quispiam iret ac rudis homo. cui aliud nihil esset. aquā vtraꝙ manu. e. ꝓximo flumine haustam obtulisset. iucundus ille surridens ꝙ suscepit. quippe ꝙ nō rei que dabat᷑. vel inopia vel vsu. sed alacri dantis voluntate gratiā metiret᷑. qua ex re ego adductus: tibi hec parua munuscula offerre non vereboꝛ. Annotationes videlicet et expositiōes difficiliū ꝟboꝛū que in hymnis cōtinent᷑: quos cū iam pridem. in priscam faciem redegerim hoc est in metra. viderem ꝙ plurima vocabula que vel ex grecoꝝ penu recepta essent. vl' mutuata ex oratoribus et poetis. imo vero. vt augustinus de doctrina christiana li. 2. sentire videt᷑. ab eis tanꝙ ab iniustis possessoribus in vsum ecclesiasticū vēdicata. nec quisꝙ ex doctioribus reꝝ humilitate deterritus suā in hoc operam locauerit. at hi ꝙ hinc inde cōmētati sūt. fuerīt rudes et penit⁹ ignoti. nec vl'ū illis cōmertiū fuerit. cū his scriptoribus. qui latine lingue ꝓprietatē. et remotiorum vocū significationes indagauerint. ratus sum facturū me rem scholasticis germanis gratissimā simul et vtilissimam. si nō dico hebdomadario vt ita loquar. sed vix quinꝙ dierū laboꝛe. et succisiuo tempoꝛe. quedam in mediū pꝛoferā vocabuloꝛū annotamēta. vnde maximis liberent᷑ erroꝛibus. qui paululū iam vltra ꝑmas litteras pꝛogressi. altioꝛi se doctrine ꝑmiserint. Quare patrone obseruantissime suscipias leta fronte has nostras cōmentaciunculas et tumultuarias lucubꝛationes. et quicꝗd in me est. aliud ingenij ꝛ industrie. nam reliquū est nihil. id tibi ducito peculiarissimū. nec precoꝛ offendaris. qui es ab omni repꝛehensione alienissimus. si ꝗdam ab me aliter interpꝛetata sunt. ꝙ ab his qui iampꝛidem stipe

dia fecerunt in expositionibus vocabulorum quibus sancte littere vtuntur. Sum enim multo magis philopolites q̄ philepstimetes. hoc est plus amator patrie q̄ reprehensionum. et hanc prouinciam suscepi. non ostentande alicuius eruditionis gratia. quā procul a me esse cognoui. sed publice potius vtilitatis studiosorum in germania. quos vulgaribus quibusdam schedulis nimium credere. sepius indolui. quare iustissime me excusatum iri spero iisdem verbis quibus se augustinus omniū christianorū eruditissimus. qui ita diuo hieronymo scribit. Suggestum est charitati tue. a nescio quibus fratribus mihi dictum est q̄ librum aduersus te scripserim. romamq̄ miserim. hoc falsum esse noueris. deum nostrum testor hoc me non fecisse. Sed si forte aliqua. in aliquibus scriptis meis reperiūtur in quibus aliter aliquid. q̄ tu sensisse reperiar. nō ɔtra te dictum. sed quod mihi videbatur a me scriptum est. Et in alia epistola. Ledes autem me si mihi tacueris errorem meum. quē forte inueneris vel in factis vel dictis meis ɼc. Ita et ego nemi nem lesi. sed interdum aliter ac alii quedam sum vocabula interpretatus de quibus in presentiarum satis. Cumq̄ omnes hymnos quos habere potui perlustrassem. non inueni quicq̄ de sanctissimo martyre gloriosoq̄ christi milite Georgio. tue ecclesie patrono scriptum. Excudi sapphicum vt in opusculo videre potes. et in laudem diui martyris. et q̄ tibi (. cui omnia debeo.) obsequi. gratamq̄ rem facere speraui. quem precor. eadem qua cetera soles mente pellegas vale. et me cōmendatum habe. vt consueuisti semp̄. Ex edibus nostris phicis. quinto kalendas apriles anno. 1501.

Annotaciuncule. et expositiones quarūdā dictionū. que in hymnis sunt minus probe vel luculenter interpretate. p̄ Henricum belium Iustingensem.

Conditor alme siderum.

Agye id est sancte. debet enim scribi cum y greco post g et dicitur agyos vel secūdum latinam declinatōem agyus et latine valet sanctū. Paraclitus autem scribi cum i breui in penultima video in hymnis omnibus et ita proferri ab omnibus his qui sacris operantur quod mihi in primis displicet. ita enim scribendum est paracletus et penultima longa enunciandum testis est diuus Hieronymus philelphus et Ioannes Craston⁹ in greco vocabulario. significat enim paracletus adhortatorem siue depreca

torem seu consolatorem: paraclesis namque cum e longa in penultima consolatonem significat testis est diuus hieronymus prologo in iohelem. vnde paracletus vel a paracaleo verbo greco id est cõsolor aduoco &c. quod si diceretur (.vt communis error habet) paraclytus. descenderet hoc nomen a para quod est preter & Clytos fama et significaret infamen quod impiũ est in christũ dicere. dat & mãmetractus aliam interpretatõem minus validam dicens paraclytus a para dicit qd est iuxta et clysis aduocatio et cõsolatio quasi iuxta cõsolatõem qui nõ dare possit cõsolatõem Adde q clisis nõ significat consolatõem vt dicit mãmetractus sed declinatõem vnde heteroclita descendũt hoc est nomina varie declinationis de paracleto plura scripsimus in cõmentarijs nostris de abusione lingue latine que prope diem edentur.

Veni redemptor gentium

Virtute firmans perpeti. id est perpetua. perpes ppetis triũ generum ppetuus dicitur teste pomperio. vnde perpetim aduerbium formatur vt in alio quodam hymno habetur. qd hic sufficiat dixisse. Jam enim ab me testatum esse volo vt quicquid dixerim semel non esse expectandum vt rursus interpter nisi prius omissum fuerit aliquid. Excursus eius vsque ad inferos. bene et latine loquitur Ambrosius. ita enim dicit philelphus in quadam epistola. apud inferos dicendum esse et non apud infernũ. Item in symbolo apostolorũ legendum esse descendit ad inferos. non ad infernũ infernus enim vt ipse idẽ dicit. substantiue apud latine lingue doctissimos nusque inuenies. At ego apud ciceronẽ in arato legi dicentem Conuexo que sinu subiens inferna leonis. et claudianum. mugitus ab alto. inueni item apud lactantium. cornelium tacitũ. luciũ apulegium. vt in cõmentarijs nostris dixi. Mallem tñ ego dicere. in feros quam infernum &c. Strophio item non stropheo scriptum inuenio. et est strophium pprie teste nonio marcello fascia pectoralis que cohibet virginalem errorem papillarum. Cattullus non tereti strophio lactantes vincla papillas.

Verbum supernum.

In fine pene huius hymni vulgata exemplaria habent perenne celibes. At ego nuper inueni in emendatioribus perenne

celites. perenne. i. eternaliter hic et hec perennis et hoc perenne et debet scribi sine h. dicitur enim a per et annus. Item hic et hec celes huius celitis id est celicola. Potest et poni celibes si credere volumus prisciano et ecclesiasticis scriptoribus qui accipiunt celibē pro eo qui celestem et castam vitam ducat. Priscianus enim ait celebs dicitur quasi celestium vitam ducens et diuus hieronymus contra iouinianum lib. 2. c. 49. ait celibibus nomen inditum quod celo digni sint qui coitu careant. et in ea significatione in pluribus hymnis continetur. At veteres qui teste macrobio caste et signate locuti sunt accipiūt celibē pro eo quod caret vxore etiā sibi concubinas nulle inde celibatus dicit carentia vxoris nō coitus. plautus in mercatore. si quē. inquit. scribimus seu maritum seu hercle adeo celibem scortarier. Suetonius in vita galbe verum amissa vxore lepida duobusque ex ea liberis mansit in celibatu plura in cōmentarijs nostris diximus Rimari est valde querere vt in rimis quoque teste festo. Sed rimari proprie vt dicit seruius. est per terre rimas querere. et tractum est a porcis qui glandes rimantur de rimis terrarum.

Vox clara ecce

Ab ethre christus promicat ethre pro ethere ponitur cā metri promicat. i. splendet media breui a pro et mico. Indulgētia hic pro venia accipitur et vulgo vbique apud neotericos in ea significatōe vsurpatur et adeo irrepsit error vt nemo aliter loquatur cum dicēdū sit venia. que est remisio culpe. non indulgentia. saltē apud eos qui latine locuti sunt namque vt dicit seruius. quoties voluptati operam damus indulgere dicimus et est indulgere cōcedere. et. vt sic dicam. obsequenter tribuere inde indulgentia. est illa mollis educatio et obsequentia. vt macrobius lib. j. saturnalium. Sed indulgentia tam fortune quam patris abutebatur etc. Reatus item apud omnes pro peccato. et reus pro peccatore accipitur cū longe aliter se res habeat. Reus enim est quicunque accusatur iuste vel iniuste pro parua vel magna re vnde et cicero scdo de oratore dicit. Reos aūt appello nō eos modo qui arguunt. sed oēs quorū de re disceptatur. inde reatus apud latinos significat accusatōem siue nocentium aut innocentiū. de innocentia testis est apuleius. quē solum (inquiens). in meo reatu testem innocentie citare possunt plura leges in cōmentarijs nostris.

Cordenatus

Alpha et o hoc est principiũ et finis nam alpha est prima littera grecorum et omega hoc est o lõgum vltima est littera. nec scribas alua sicut in vulgatis codicib9 legitur. Addit postea fons ꝛ clausula hoc est principium et finis fons. i. origo omnium ꝛ clausula. i. finis et conclusio a claudẽdo: non legit᷑ totus hic sed abbreuiatus est hymnus iste ꝛc. Propheta m. generis: in feminino genere ꝓphetis vel prophetissa. Hieronymus in libro iudicum. erat autẽ delbora prophetis vxor laphidet. de ꝓphetissa testis est Augustinus lib. 18. c. xv. de ciuitate dei dicens. nã et prophetissa erat cuius prophetia ꝛc. Dicitur aũt ꝓpheta a ꝓphemi greco verbo qđ est ꝑdico is: ere: nõ a profor: aris sicut putauit Brachilogus et mãmetractus exodi vij. dicens propheta quasi prelocutor quasi pre alio loquens: scđm quos ita scribendũ esset profeta: nec item a procul ꝛ phonos quod est sonus cõponit᷑. vt tradit ianuẽsis et brachilogus eius imitator sed sicut nos diximus: inde prophetia media producta descendit. Uates dicitur propheta vł poeta generis cõmunis: quando ꝓphetam significat dicit᷑ quasi fates a fatis enarrandis inde vaticinium a fatis canendis: quando autẽ poetam potest dici a vinciendis. i. ligandis carmibus. Simplices puellule. i. virgines pure et sine astutijs. puella diminutiuum est a puer sicut et puellus dicit᷑: sunt igit᷑ puelle vel puellule tenere virgines: simplex aũt est homo purus sine astutijs et sine simulatione vulgo on arg lyst. inde simplicitas est illa puritas et virtus illi9 simplicis Augustinus lib. 2. confessionũ. ignorantia quoq; atq; stulticia simplicitatis atq; innocentie nomine tegit᷑ qꝛ simplicius deo nõ repitur quicq;. plura alia leges in cõmentarijs nostris de abusione lingue latine. Quod aũt dicit᷑ paruulorũ te chorus. chorus. i. cetus et congregatio hominum: alia in mammetracto leges.

Sancte dei preciose.

Protomartyr stephane: protomartyr dr̃ quasi ꝑmus martyr a protos. i. primus quod scribi dꝫ sine h in sillaba secunda ꝛ ꝓducit primam qꝛ per omega. i. o longum scribit᷑: id qđ quidã ex nostris nõ obseruauit in dictione protoplastus qui sibi tñ bellus videtur Martyr aũt in fine cum y greco scribit᷑ et valet tñ quantũ latine testis vide bene in fine hymni de innocentibus dicit᷑. q̃ dat coronam testibus. i. martyribus: martyres eñ suo sanguine ꝛ passione testati sunt christum deum. Collegiũ hic accipitur pro cõgregatione et collectione christi fideliũ. ꝓprie aũt collegiũ significat congregatõem collegarũ. vt collegiũ augurũ et dicit᷑ a colligo

scere collegā: qui est socius in magistratu: ꝛ vt dicit vlpianus iure consultus de verbo. signi. collegaꝝ appellatione cōtinent oēs qui sunt eiusdē potestatis: a collega venit collegiū: nostri dicunt collegiū esse domum collegaꝝ qd nusq̄ lectū ē: dicunt itē collegatꝰ vel collegiatus cum deberent dicere collega de quibus plura in cōmētarijs nr̄is.

De sancto Joanne apostolo.

Joannes sine aspiratione scribitur et producit o contra omniū ferme neotericoꝛꝝ obseruatōem de q̄ re plura leges in hymno vt q̄ant laxis. Ephesus vrbs est nobilissima in asia ionū regia: quā iustinus historicus ab amazonibus cōditam esse lib. ꝛ. scribit ꝛ pomponius mela in primo: vnde ephesij dicunt ad quos scripsit sanctus paulus. ꝛ hic hymnus dicit sanctū ioannē suū euangeliū scripsisse in ephesio. Euangeliū aūt dicit bona nūciatio vl' bonum nunciū ab eu qd bonū ē et angelos idest nūcius: Grecista blactit meras nugas de differetētia inter ewāgeliū ꝛ euangeliū inde euangelista dicit scriptoꝛ euangelioꝝ. Apostolus dicit missus et debet scribi simplici p cōtra moꝛē indoctoꝝ ꝛ venit a po tou idest ab apostellein greco qd mittere significat. nō aūt ab apo qd est de vel re et stolos missio vt indocti dicūt Catholicon et sui sequaces. apostolus apud priscos significabat eplām: vnde titus liuius Apostolos suos fregit in senatu: nūc aūt apud recentioꝛes iuriscōsultos apostoli dicunt libelli: qui a iudicibus a quibus prouocatū est: ad appellatū mittunt. Solennis simplici l ꝛ duplici n post e scribit et solēnia dicunt teste pompeio: que in oībus annis prestari solent vel dicta eo q̄ soleant fieri quoq̄ anno. Caue ne dicas solennis doctoꝛ vel solennis vir: est eñ barbara locutio de qua re in commentarijs nostris. Virgo hic ponit in masculino p sancto Joanne: est igitur virgo cōis generis q̄uis priscianus ponat tm̄ esse feminini. Testis est nobis diuus hieronymus prisciano et doctioꝛ et antiquioꝛ: qui etiā in masculino ponit dicens. vt virginē virgo fuaret sicut ꝛ h ponit: ꝛ ne videamur solū ecclesiasticos posse adducere qui foꝛsan vsurpatiue assumpserint: nonius marcellus receptissimus grāmaticꝰ ꝛ multo doctioꝛ prisciano: dicit virgines nō solū femine dicūtur verū etiā pueri inuestes: nam et quicūq̄ ex ephebis excesserant deuirginari dicebant. In vltimo dicit te adoꝛamꝰ kyrie: kyrios vel kyrius scđm latinā declinatōem apud nos dr̄ dn̄s inde venit kyrieleison. i. dn̄e miserere eleison. i. miserere ꝛ est impatiuus huius verbi eleo qd est misereoꝛ. hic nota obiter quosdā scribere et pferre in sacris litteris kyrieeleison quod dam-

nauit mecū in colloquio familiari abbas spanheymēsis Joannes tritemius vir doctissimus dicit senī debere scribi. kyrieleison qm̄ greci collidant vnū e ne fieret nimius vocaliū concursus et defor mis hiatus. Sicut dicere deberem⁹ osianna testis est hieronym⁹ pnunciamus et scribimus osanna media vocali elisa. et leison trisyllabū esse debet: ꝛ accentus cadit super penultima sillaba

Saluete flores.

Satelles est seruus qui sontibus capiēdis pest eundem et apparitorē dicimus vulgo bittel oder scherg. ouidius: interea patrius vultu merente satelles. Carnifex teste donato est. q̄ carnes ex homine facit: inde carnifitiū: lanius aūt est q̄ apud nos vulgo metzger vel flaischer dicit̄ nō carnifex: plura inuenies in commentarijs nostris trāsfigit media pducta legendū est a trans ꝛ figo. Mucrone districto. i. gladio euaginato: distrigere enī est qd minus latine ꝛ elegāter euaginare dicim⁹ inde districto vel stricto gladio. i. nudo et euaginato Mucro aūt ppꝛie est acies et cuspis teli: tn̄ pro toto gladio ponitur in prosa: testis est quintilianus lib. 8. institutionum: dicens: nam prosa vt mucronē pro gladio et tectum pro domo recipiet: itā nō puppim pro naui ꝛc̄.

Hostis herodes.

Magi (. teste apulegio.) lingua psarum sunt qui apud nos sacerdotes ꝛ sapiētes dicunt̄: ꝛ ppꝛie s̄m hieronymū sunt magi qui de signis philosophant̄ sicut illi tres reges fuerūt magi hoc est sapiētes et in astrorū scia periti: Addit hieronymus cōsuetudo ꝛ sermo cōis magos pro maleficis accipit. qui aliter habent̄ apud gentē suā: eo q̄ sint phi chaldeorum et ad artis eius sciam: reges quoq̄ ꝛ pncipes eiusdē gētis oīa faciūt Lauacrū cri. a lauatū. tu. sic simulacrū a simulatu dr̄ sine aspiratōe et media longa ꝯ pceptū mametracti ꝛ vulgi cōsuetudinē qꝛ sillaba qualis est in pmatiuo talis dꝫ esse in deriuatiuo. Hydria grece: latine dr̄ vrna ꝛ cōponit̄ ab hydor qd est aq̄ scribit̄ q̄ i pncipio cū aspiratōe ꝛ y greco sic oīa cōposita ab hydor vt hydrops hydropisis hydrus hydra ꝛc̄. q̄re male impressum est in hymno ydrie.

Gratuletur omnis caro

Protoplasti. i. ade primi hoīs: ptoplast⁹ enī sine aspiratiōe t lre vt prius pcepi dr̄ pmo fict⁹ ꝛ creat⁹ a protos ꝛ plasma. i. creatio vel figmētū: et adam est ptoplastus pmo creatus ꝛ pmus hō: nō autem legas protoplaustus sicut quidā. Jordanis amnis est iudee eximie (vt dicit solinus (. suauitatis: tandem in mortuū mare fluens corrumpit̄. vbi sanctus ioannes saluatorē nr̄m baptisa

uit. Baptiso are verbũ grecũ .i.mergo inde baptisatus .i.mersus vel in aq̃ tinctus inde baptisma atis.baptismus mi baptismũ mi n g. pro eodẽ dicit̃:licet grecismus pue auctoritatis faciat magnam differentiam. ꝫ penitus nihil valentem. vt in opere alio de erroribus greciste diximus. Deitas est nouũ et nõ satis elegãs vocabulum vt dixit augustinus de ciuitate dei li. 7.c.j.sed veteres non deitas sed diuinitas dicebant.

Jesus refulsit omnium.

Iesus cum i latino scribit̃ sine aspiratione nõ aũt ihs vel ihesus vel hiesus cũ neq̃ apud grecos neq̃ hebreos a quibus id nomen accepimus aspiratõem admittat: Et est iesus trium sillabarũ prima i breuis est:scđa e: ꝛ vltima longa vnde arator bñ obseruat dicens. inde galileam repetit saluator iesus:sed aliqñ sicut crebro in hymnis per synberesim duarum tantum est sillabaꝝ. At caue sic ne e corripias more alexandri galli:et pene omnium recentiorum nam cum ita quod in e longum conuertitur scribit̃. Et iesus teste hieronymo apud hebreos dicit̃ in greco soter.et in latino saluator sic etiam lactantius lib.4.c.j2.dicit:iesus latine dicitur salutaris siue saluator quia cunctis gentibus salutifer venit. Dramatum debet legi non dragmatũ sicut hugutio tradit:hieronymus in cantica:drama enim dicitur vt in scenis agi solet fabula :vbi diuerse persone introducunt̃ et alijs accedentibus.alijs etiam discedentibus:a diuersis:ad diuersos textus narrationis expletur.

Denũ ter annorũ. Lege in secundo versu parce nõ perte.

Cosmus grece latine dicit̃ mundus a cosmo greco verbo quod significat orno. Pneuma atis media correpta latine dr̃ spiritus vel ventus inde sacrũ pneuma.i.spiritus sanctus. Charisma atis cum ch aspirato et in obliq̃s media correpta : dicit̃ gratia vel donum gratie et venit a charis vñ ꝛ eucharistia venit qđ interpretat̃ bona gratia.vel vt dicit hieronymus graꝝ actio.

Deus creator omnium.

Grates poeticũ est.et in carmine dicimꝰ grates ꝛ in p̃sa dicemꝰ gr̃as. vñ vehemẽter errat grecista qui ponit drãm inter gr̃am et grates dicens. Gratia sit christo grates referamus amicis.nã h̃ ambrosius(q̃ huiꝰ auctor est hymni)ꝯ posuit g̃tes dicẽs deo: plã inuenies de erroribꝫ greciste in commentarijs nostris. Et nota in hymno hoc legi debere vestiens p t nõ vesciens p c.a vestire:ve

sistens id est circūdās. Alleuet media breui ab ad et leuo as: qđ primam corripit alleuet ergo. i. erigat et liberet. Silr adiuues media breui legendum est ab ad: et iuuare quod primam corripit.

In penultimo carmine penultimi versus lege: ne hostis inuidi dolo non vt impressum est: mundi

Lucis creator optime

Celorū pulset intimū lege nō intiū. Chaos cū ch aspirato ꝛ est n g. indeclinabile: ꝛ nō nunq̄ȝ scđm latinā declinatōem dicimus chaus. scđe declina. ouidius lib. meta. xiiij. et noctem noctisq̄ȝ deos ereboq̄ȝ chaoq̄ȝ. fuit igitur chaos teste hesiodo in theogonia et ouidio in primo meta: ꝯfusa quedā ab initio vnitas quā principium esse dixerunt oim rex: capit̄ iam apud nos chaos ꝑ inferno vbi est maxima confusio et ꝑpetua nox. Illigat media breui ab in et ligo: illigat ergo. i. impleat culpis id est peccatis.

Quod chorus vatum

Olympus cum y greco post l mons est altissimus vel potiꝰ quatuor sunt mōtes hoc noīe ꝑmus est int̄ thessaliam et macedoniam: alius est in gallogretia: alius apud mesos. quartus est secus mare rubrum in ethiopia: qui oriente sole vsq̄ȝ ad quintam diei horam flāmas emittit: et adeo altus. vt nubes excedat dicente claudiano. Sed vt altus olympi: vertex qui spatio ventos hyemesq̄ȝ reliquit. perpetuū nulla temeratꝰ nube serenū. Celsior exurgit pluuijs: auditq̄ȝ ruentes: sub pedibus nimbos. et rauca tonitrua calcat. Capitur igit̄ olympus altissimus ꝑ ipso celo apud ethnicos ꝛ ecclesiasticos:

Ex more docti.

Que subruūt mētes vagas lege subruūt media breui et subruūt id est submergunt inde subrutus obrutus dirutꝰ et oīa cōposita a ruo penultima breui enunciāda sunt ꝯ vulgi consuetudinem

Plasma: atis: penultima breui. i. fictio formatio et creatio. inde plastes. i. figulus latine et protoplastus. vt supra diximus. Possimus per i longū enūciare debemꝰ sed possumus per u breue.

Christe qui lux.

Christus cū ch aspirato scribit̄ et i latino: sȝ caue ne ꝑ x scribas hoc modo xp̄s. est eīm maximus error et inde venit q̄ greci ch

ctam formant per modũ crucis et r quasi in formã pscribit et inde venit error a quo tu diligens lector caueas: plã dixi in cõmentarijs nr̃is. christus igit grece: latine vnctus et hebraice messias dr̃ testis est eloquentissimus oĩm christianorũ: ꝛ vere christianus cicero lactãtius. q̃ et addit: christus nõ ꝓpriũ nomen est sed nũcupatio ꝑtãtis et regni: sed exponẽda hui⁹ nois rõ est ꝓpter ignorantiũ errorem. erat iudeis pceptũ: vt sacrũ cõficerẽt vnguentũ: quo pungi possent hi: qui vocabant ad sacerdotiũ vel ad regnũ: Et sic nũc romanis indumentũ purpure: insigne est regie dignitatis assumpte: sic illos vnctio sacri vnguenti: nomẽ ac ꝑtãtem regiam conferebat hec ille: sacerdotes dicunt christi id est vncti vñ habet apud sacra eloquia: nolite tangere christos meos. i. vnctos inde etiam Chrisma. i. vnctio. De tegis lege media breui id est repellis vel exuis a de et tegere ꝑma breui sicut etiã postea protegat a ꝓ ꝛ tego.

Clarum decus ieiunij.

Parsimonia est moderatio sumptuũ ac cenarũ tenuitas et parcitas hoc est cõseruatio rerũ et frugalitas. parcus aũt dicitur frugi ꝛ q̃ sumptib⁹ parcit et est nomẽ virtutis ꝛ nõ vitij id qd̃ parcitas et parsimonia declarãt: parc⁹ igit vt dicit aul⁹. gellius lib. 3. c. 19. neq₃ ab arca neq₃ arcendo sed ab eo qd̃ est parũ. ꝛ paruũ denominatus est. Spiritalis spiritale: ꝛ spiritualis scriptũ reperio At mihi plus placet spiritualis q̃m spiritalis: a quarta enim declinatione deriuata u seruant vt fructuosus non fructosus: actualis nõ actalis: saltuarius nõ saltarius et sic de alijs. qua ꝓpter credo in hymnis cã metri poni spiritalis ꝑ spiritualis: et significat spũalis ad spũm pertinens hoc est ad aĩam ergo male dicimus spũales homines sed ecclesiasticos dicere ceptũ est a nostris: spũales eñi dicerent spm̃ nõ corpus habentes.)

Jesu quadragenarie

Paradisus in medio cũ i simplici non paradysus et valet latine hortus ꝛ vt tradit aul⁹ gelli⁹ lib. 2. c. 20. dicũt viuaria hoc est loca septa viuarũ ferarũ varro leporaria vocat: sed ecclesiastici trãstulerũt pro horto celestiũ deliciarũ: q aũt alexander gall⁹ tradit ꝑadisum esse gñis feminini ꝛ tandẽ etiã addit posse repiri in m. gñe: fallit meo iudicio. nã ioannes craston⁹ i greco vocabulario tradit tm̃ esse ge. m. Et ita etiã posuit gelli⁹ loco q̃. s. dicẽs: viuaria autẽ q̃ nũc vulgus dicit: quos paradisos id est hortos greci appellant ꝛc ponit in m ge. in femio apud nullũ idoneũ repio: et sij nestor dionysius etiam cũ alio suo cõfratre sentiat: at qñ paradisus vrbs est

syrie de qua ptolomeus tūc pōt esse feminini ge. Gastrimargia p g nō c vt vulgo scribit greca est dictio: et significat nimiā in gluviem ꝛ gulositatem non gule concupiscentiā vt indocti tradunt.

Vexilla regis prodeunt

Vexilla dicunt signa ꝛ ea que vulgus indoctū: et triuiales grammatiste pāneria vocant: inde vexillifer et signifer ferens signa ꝛ vexilla. Lancea est note significatiōis: ꝛ ſm varronē nō est latinū sed hispanicum vocabulū. inde lanceariꝫ dicunt qui gestāt lanceas vulgo lantz knecht: Sed lanceati q̄ ictu lancee cōcidunt.

Lignum crucis mirabile

Renitet pēnultima breui a p̄ ꝛ niteo. Libanus mōs est inē arabes ꝛ phenices. est etiā gn̄s arboris thus pducentis. Cedrus arbor est ꝛ in syria nobilissima cuius oleū ꝯseruat cūcta a tineis ꝛ carie sicut apud persiū: et cedro digna locutus.

Gloria laus et honor.

Osanna: interp̄tat saluifica vł saluū fac. vn̄ diuus hieronymus in ep̄la ad damasum: osi ḡ saluifica interp̄tat: anna interiectio dep̄cantis est: si ex duobus velis verbū cōpositū facere dices osianna siue vt nos loq̄mur osanna media vocali elisa: est ḡ verbū imperatiui modi grecū ꝛc. hec ex hieronymo sufficiāt p̄la hallucināt indocti q̄bus pura fides habenda est. Israel tu rex legendū est nā es: est additū ab indocto aliquo q̄ quātitates syllabarū ignorauit: nec adduci possum ab auctore huius hymni: es additū: quē sane eruditū fuisse ex hoc puo carmie cōiecturo. nā israel: michael: raphael a an̄ e in penultima pducūt q̄uis in hymno de sancto michaele id nō sit obſuatū: sed apud doctos: fortunat⁹ ep̄s: israhelititos iussit adesse viros vbi a produxit silr e lrām sequentē: valerius flacc⁹ h ꝛ odorat⁹ flagrāti crine michael vbi etiā a pducit. p̄la legere potes in cōmentarijs nr̄is de abusione. Obuia silr legas nō obuiam nā ob uiam carmē pati nō pōt. Munia sūt obseq̄a debita vt dicit acron grammaticus nec in alio casu reperitur vsitate nisi in ntō et acūō: inclytus cū y greco nam et greca dictio est cōponit ex en q̄d est in et clytos quod est almū seu clarum.

Inuentor rutili.

Hic ē hymn⁹ elegātissim⁹ prudētiꝫ quē scp̄sit d̄ exitu ppl̄i israhel ex egypto: ꝛ q̄m nō habet tot⁹ i vulgatꝫ coditib⁹ iō diligētiori cura iterp̄tād⁹ nob erit vt ꝛ mediocrib⁹ possit intelligi. Rutilus

a. i. id est splendidus. Alloquitur igitur primo deum inventorem et auctorem luminis; deprecatur ex ut sole abscondito hoc est christo mortuo qui est verus sol. et tenebris ignorantie occupantibus corda hominum. reddat lumen hoc est resurrectionem christi et veram fidem per christi resurrectionem confirmandam. Quamvis in numero etc. Summa est duorum sequentium versuum (comprehendit autem versus vulgari nuncupatione hic quattuor carmina) quamvis tu deus celum multis lumibus et stellis cinxeris ut in celo verum lumen querere quis debeat. sed cum ex duro silice excuti ignem dederis: ostendis in vero silice et petra: christo verum esse lumen requirendum. Regia. i. celum: nam regia substantive est aula regis. Lampas grecum est vocabulum et latine valet fax: testis est plinius naturalis historie lib. 2. c. 26. at plura leges in commentariis nostris. Pinguis quos olei etc. in quattuor versibus his sequentibus ostendit ignem ex deo manare. et omnes faculas et cereos et lucernas esse datas in nocte illa qua christus erat resurrecturus: ut quemadmodum illis luminibus et facibus quasi noctem abigerent: sic resurrectione christi hoc est vero lumine omnem noctem et infernorum regum potestatem esse depulsam. Lychnus cum y greco a nostris lucerna dicitur unde lucerna a lychno dicta est si credimus servio super primo eneidos et non a luce quia luce primam longat lucerna corripit Horatius: non quo fraudatis immundis nacta lucernis. Scirpus est iuncus palustris nec in fruticum: veprium ve: aut caulium sive herbarum genere numeratur. ex hoc teguntur domus et tegetes fiunt. item detracto cortice candelarum luminibus et funeribus servire olim consueverunt. hinc dicitur hic apud prudentium: scirpea fila id est de scirpo facta. Collita media brevi a collino is ere a con et lino is ere inde oblitus illitus collitus id est tinctus vel aspersus: media brevi. Stuppa hic linum significat. unde servius dicit stupa secundum antiquam orthograviam nam stypa dicta est a stypando abusive etiam linum dicimus. Atrium prima pars domus appellatur que continet mediam: aream in quam collecta ex omni tecto pluvia descendit: et dicitur atrium teste servio quasi atrum ex fumo scilicet. Nox emula. i. imitatrix pluribus scilicet luminibus Peplus vel peplum ut dicit servius li. j. eneidos est palla picta feminea minerve consecrata: vel ut lactantius in statium dicit peplum est vestis candida aureis clavis picta sine manicis quod simulacris fiebat: hic autem pro tunica et obscuritate crassitudineque et est sensus: quam nox cum lacero victa fugit peplo: quam diem hoc est christum fugit nox id est diabolus lacero peplo destructa crassitudine et obscuritate inferna. Sed quis non rapidi: in his duobus sequentibus versibus dicit ignem et lumen originem ducere a deo: nam moses deum non nisi

In igne conspexit vnde dicitur rubum quē viderat moses incombustum ꝯseruatum agnouimus. Moses duarum sillabarum est sicut vbiq₃ apud ethnicos videmus. et hic. et apud aratorē. nō hec ieiunia moses. condidit. Dicit et moyses triū sillabarū. prima breui et scda longa. vnde sedulius. Quid .ꝙ et helian. ꝛ clarum videre moysen. et facit in gtō mosis vel mosi Sicut achilles. Et vt dicit hieronimus in interpretatione hebraicarū nominū. Moyses vel moses dicitur attractans vel palpans aut sumptus ex aqua sine assumptio Mammetractus deliramēta blacterit. vt suo loco dicam.

Hunc ignem populus ꝛc. ab hoc versu vsq₃ ad illū. Que tandē poterit ꝛc. per multa carmina dicit prudentius quomodo popul⁹ israheliticus hunc ignem secutus hoc est deum et lumē a deo datū exiuerit de egypto et siccis pedib⁹ transierint. pulcerrimeq₃ describit expeditōem pharaonis regis cū maxia multitudine egyptiorum ad insequendū et delendū populū iudaicū. qui cū mare tranauerit vestigijs iudeorū postea refluenti in semetipsam aqua absorptus sit cū vniuersa multitudine. Tutus et impotens. i. valde potens Sub dominis barbaris id est egyptijs in quorū seruitute longo tempore fuerunt. Quo gressum tulerant sensus est quocunq₃ ibant nocte eos fulgura et lumina splendidiora sole ducebant.

Sed rex niliaci littoris hic iam describit expeditōem pharaonis. Niliaci littoris. i. egyti. nam nilus egypti flunius est maximus. in certe originis quem theologi fluere existimant exparadiso Feruens inuido felle. i. exestuās ira ex recessu iudeorum. Jubet pualidam manū. i. multitudinē rabidis cohortibus. i. cōmotis populis. cōtinebat aūt cohors milites dc. Ferrataſq₃ acies. i. armatum exercitum. Clangere classicum. i. signū belli dare nam classicum tuba est. ꝛ signum tube virgi. classica iamq₃ sonant et tibull⁹ Marcia cui somnos classica pulsa fugent. scribit vegetius in secūdo. ō re militari. Classicum dici. quod buccinatores p cornu; dent quod insigne videtur imperij qꝛ classicum canit imperatore pñsente vel cum in militem capitaliter animaduertitur et classica auctore petronio a calando id est vocando sunt dicta. Et addit post. triste canit tuba. tuba enea est ꝛ qua datur signum ad bellū Vergilius. At tuba terribilem sonitum procul ere canoro. increpuit. sequtur clamor. celumq₃ remugit. et est differentia inter tubam et buccinam. quam dat diuus hieronymus li. 2. osee. dicens. Buccina pastoralis est. et cornu recuruo efficitur tuba autem de ere efficitur vel argento. qua in bellis ꝛ solennitatibus con crepabant. Calamis spicula gnosijs. spicula id est tela. gnosijs calamis i aculis in gnoso ciuitate factis. Gnosus cū vl cnos⁹ p. c. ciuitas fuit teste stra

bone in decimo geographie nobilis in creta et regia quondam minois regis. vbi ex iuncis marinis optima fiunt spicula. vel dicit gnosiis. i. cretensibus species pro genere. nam cretenses catha pultam qd est iaculum celer vel sagitta inuenisse phibet. plinius in vi naturalis historie. vel ideo dicit. gnosiis id est cretensibus et h ppter iouem creteum qui ballistas inuenisse dicitur Auctor est antiquissimus historiarum scriptor Ancon dicens. pulsum a ioue saturnum fugisse in greciam. vbi monstrosorũ hominũ exercitum cõgregauit. contra quem iupiter alpestrem partẽ occupans. ballistarum vsum docuit. proinde victoria potit⁹ fingit a poetis saturnũ de celo pepulisse. et crete regno priuasse. Densat cuneis. cuneus est collecta in vnum militũ multitudo. Tumidis draconibus signa pretendũt; draconem pro vexillo et signo habebant. inde draconarii a recentioribus dicunt qui probe et latine signiferi dicunt Draco enim fuit aliqũ signum. ex quo phitonẽ serpentem apollo sagittis interemit. alii ab hydra multorũ capitũ quã hercules interemit ortum cepisse existimant ꝛc. Hinc iam seruitii. in his quattuor sequentibus carminibus dicit quomodo exutis vinculis egyptiorũ iudei cõsederint cis mare rubrũ. qd animaduertẽs pharaon eos insecutus est vt in ceteris carminibus sequentib⁹ ostendit

Moses suos in mare pcipit. i. pcipitat. Stagna. i. maria prebẽt locũ intellige transmeabilẽ pedib⁹. viantib⁹. i. eũtib⁹. Unda puia egressui patẽs vitreis liqrib⁹. i. aqs ceruleis ꝛ ceruleo colore qle est mare. sistit. i. stat in morẽ ripaꝝ. i. littorꝫ ripa eñ significat lit t⁹ vulgo gestad. sꝫ ñ riuũ vulgo bach vt vulgo credit. dn̄t tñ litt⁹ ꝛ ripa qr ripa tñ amniũ. litt⁹ vo mariũ ꝛ stagnoꝝ magnaꝝ ꝙ paludiũ. ꝗ hic ripa p littore ponit pl'a sũt in cõmentariis nr̄is. Pelusiacis vaporib⁹ qd prius omisi. i. calore egyptio. est eñ egyptus regio valde calida ꝛc pelusiũ aũt est vnũ ex hostiis nili versus arabiã quã egypto disterminat. iuxta quod est ciuitas eiusdẽ nois vt ostẽdit plinius iunior in vita. m. ant. accipit spẽs p gñe vt mos est poetaꝝ. h ẽ ciuitatẽ egypti p tota egypto. Sub bifido eqre. i. ĩ duas ptes diuiso mari. Plebs decolor egyptia decolor. i. nigra et nimio calore exusta. pelago cõcauo. vacuo. i. aqs ĩ ea pte p quã trãsiere iudei. Unda resoluit. i. in seipsum refluit. Videas nare. i. natare. Nigroꝝ sattellitũ. i. militũ regis pharaonis quos ex nimio calore nigros eẽ aũ dixi. qd sit sattelles aũ dictũ est. Triste iusticium dr eẽ p v nõ insticiũ sic impssum est. Capit aũt hic p statõe vel poti⁹ publico luctu. Justiciũ eñ vt dicit serui⁹ singularis numeri tm̄. et ẽ ius dicẽdi remissio q̃si iuris statio. qd fieri solet publico luctu hoc ergo bñ quadrat h in amissiõe totius exercitus. Que

randē poterit. hic prudentius cōuertit sermonē ad deum. annumerans bñficia eius in populū iudeū. Mare inuiū ꝓsulcare vetas ꝓsulcare sulcos facere. et hinc inde refluere sed stare vt possit populus transire. Unda rapax voret impios nō impius vt chalcographi impsserūt. ꝛ intelligit ipios egyptios ꝛ iudeis infestos. Lux ieiuna cremi. erem⁹ sine aspiratione scribendū est et prudentius errauit in quātitate. nā cremus media longa est vt ostēdi liq̄do in cōmentarijs nostris et dicam in hymno de sancto Joanne vbi pariter erratū est. Est erem⁹ feminini gñis vbi hallutinator māmetractus dixit esse masculini gñis in ꝓlogo bibliorꝫ. Qui domitū pharon credo poni debere domitā. pharos eñi feminini gñis. ꝛ fuit olim insula egypti sic cognominata. vt anticlides scriptor grecus testaē. ab nauclero menelai. cui id nomē erat. qui ibidē ab aspide interempt⁹ et sepultus fuit. At ego credo pharon ꝓ pharaone positum et pharao interpͣtaē teste hieronymo denudans eum siue dissipator eius Et nota q̄ oēs reges dicebantur apud egyptios. pharaones sicut apud nos augusti. ꝛ sic erat nomē appellatiuū regie dignitatꝫ. hoc graphice noster hieronymus docuit lib. 9. ezechielis. dicens. videtur q̄ꝫ mihi non esse pharao sed apud egyptios. hoc vocabulo demonstrari regiā dignitatē sicut apud romanos. cesares et augusti reges eorꝫ appellabanē. a p̄mo caio cesare. ꝛ scd̄o adoptiuo eius octauiano. qui postea augustus est appellatus. et apud syros antiochi apud persas arsacide. apud philistym abimelech. et post alexandrum in egypto ptholomei. vsq̄ꝫ ad cleopatram. qua victa apud actium. egyptus romana est facta prouincia hec ille. Jeiuna saxa id est arida exundant ebuliunt nec legas exundat deprauate enim impressum est. Loquacibus id est susurrātibus scatebris id est ebulitionibus sunt enim scatebre. p. n. tantū scaturigines et ebulitiones aque surgentis. Latices nouos id est aquas de nouo scaturientes. Scissa silex. silex m. et femi. generis est. ꝛ vt dicit q̄ntilianus tm̄ debebat esse m. gñis tamē auctoritas virgilij q̄ dicit in p̄ma egloga spem gregis ab silice in dura sꝫ potuit tm̄ efficere vt esset vsurpatiue etiā femi gñis. sicut et hic. ꝛ prudenti⁹ loq̄tur de petra ex qua aqua ebuliebat cū populus israel laboraret siti

Are sub igneo id est calidissimis locis. Instar fellis aqua. hic prudentius dicit quomodo per virgam mosis amarissima maris rubri aqua dulcissimum prebuit potum israheliticis.

Tristifico in lacu. i. in mari rubro asperi saporis Mel atticū. hymetus. mons est teste plinio libro q̄rti naturalis historie. in attica regione melle optimo cantatus posuit hic speciem pro gñe q̄m optimū est mel in attica regione. Implet castra. i. habitationes

iudeorum in deserto. cibus quoque celitus. alij habent ningidus et ita melius placet. hoc est instar niuis de celo manna et panis celestis cadebat nam et postea illabens gelida grandine densius.
Quam dat siderio christus ab ethere dapem intellige. Nec nō imbrifero &c. Imber cum sine latino aspiratione scribit Dicit hic quasdam aues per ventos deuectas ad castra iudeorum que reuec lare non poterant sed dulcissimum populo prestabant esum. Jataqs animas. multis carmibus sequētibus prudentius ostēdit quanta conferat gaudia deus post vitam hanc suis electis. et poetice celum et gaudia celestia per campū elysium vel paradisum describit. Illic purpurijs illic. i. in campo elysio vel potius paradiso Omnis humus fragrat id est odorē dat. Balsama balsamū vt dicit plinius lib. 12. naturalis historie. arbuscula est viti similior q̄ myrto. et vt idem dicit. oibus odoribus prefertur balsamū. vni terrarum iudee concessum. Raraqs cinnama. cinnamū est arbuscula similis cinnamomo. Felices anime prata perherbida. prudentius oīno hic descripsit campum elysium vt vergilius in sexto et per hoc poetice celum et sedes beatorum ostendit. Sūt et spiritib[9] &c. dicit in his carminibus nocte qua christus surrexit etiā damnatos habuisse ferias id est libertatem et cessatiōem penarum
Substyge. i. inferis nam styx palus est inferna sicut et acheron vnde postea dicit stagnis ex acheronticis. Nam sicut tenebras &c. in his quattuor carmibus dicit. Sicut lucifer hoc est aurora q̄ grece phosphorus dicit suo lumine noctis tenebras et timores nocturnos depellit sic christus maior sole restituit nobis verū lumen et tristes sua luce recreauit. et in veram lucem hoc est fidem erexit oceano. i. de mari. vnde poete orientem solem exire fingūt. Marcent supplicijs dicit illa nocte oēs inferos requiem a penis habuisse. Nos festis trahimus concilijs noctem &c. Concilijs non cōsilijs debet poni. Et festis consilijs id est leta et festiua congregatione et ꝯuentu. Extructaqs agimus liba sacrario &c. operamur inquit sacrificijs et liba paramus. Est enim libum. vt vult seruius placenta de farre et melle sacrificijs aptum. vergilius. et adorea liba per herbam. Subijciunt epulis. ouidius in amoribus. Cū tibi deficient pascendi munera cause. natalem libo testificare tuum.
Sacrarium aūt. vt dicit vlpianus. ff. de rerum diuisione et quātitate.) est locus in quo sacra reponuntur. nostri aūt dicunt barbare sacristiam cum sacrarium dicendum foret. Credas stelligerū id est celum. habent alij stelligerā aream ornatam. sed hic stelligerū pro celo substantiue positum credo. Ornatum geminis trionibus id est vrsa maiore et minore. Sunt autem triones boues ara

torũ vt dicit fuius. Et quia bosphoreũ temo regit iugum: iugum id est plaustrum bosphorcum qđ a bobus fert a bos bouis et phoro qđ nos fero dicimus: dicit igit lumina illa sua tñ de se splendorem dare vt credas esse septentriões: septem stellas illas quod a rusticis plaustrũ dicit: nam cum septem cõspiciant stelle. due q̃ pariles et maxime in vno loco vident: pro bobus habite sunt: Reliquę vero quinq̧ plaustrũ ipm simulare dicunt: ita et qđ proximũ huic est signũ bootẽ nominare voluerũt id est custodẽ vrse vel agitatorẽ boum: qui grece arctophylax dicit. vt cicero lib. 2. de natura deorũ: arctophylax vulgo qui dicit esse bootes. Temo autẽ onis a tenendo dictus est is enim cõtinet iugũ vt dicit Marcus varro Purpureos hesperos: hesper⁹ vel vesperus est stella veneris qui de mane lucifer dicit. Unguine id est vnguẽto: vnguen enim et vnguentum pro eodem dicimus. De chrismate antea dixi. Noctis roslide, ꝓprium epithetetum noctis quasi rore vde id est madefacte. Reliqua que sequunt nõ habent vllam difficultatẽ Hec itaq̧ sunt que in hymnum prudentij elegantissimũ et quo in toto opusculo nihil tersius reperies si vnũ dempseris lactantianũ salue festa dies: edidim⁹ tumultuaria et breui lucubratiõe: et adeo celeriter: vt altero die chalcographi imprimerent: quare si quid incautius elapsum est: rogo non velis maliuole detractare: et censorio supcilio notare: sed potius respectu humanitatis: emendare et studiosis lectoribus in meliorẽ lectiõem redigere ne plures per me errare cõtingat: nam et ego cũ in hoc vno hymno multa ex intimis poetice penetralibus de ꝓmpta viderẽ et que mediocris litterature hoibus ignota esse credebã: volui vel cum ꝓprie fame discrimie quedam edere cõmentaria: vt per hoc germanis scholasticis quibus hec potissimũ scripsimus: aliquid vtilitatis afferrem ꝙ autem in ceteris hymnis nõ fecerim: in causa sunt parua quedã: licet rudia: detrita: et ex media barbarie excussa cõmentaria: per que se iuuare dummodo sua opera nõ volunt deesse: possunt: At que video parum erudite ab alijs interpretata. non in exposita dimittam nunc satis rc.

Salue festa dies.

Hoc est carmen elegantissimũ nostri lactantij firmiani qui cum a nobis sepe christianus sit appellatus cicero iure põt et nuncupari christianus vergilius: in quem est nostrũ epigramma: huius ab ore fluit latialis suada loquele. Christicole vocitant quẽ cicerona suũ: rc. Et cum parum difficultatis habeat hoc carmen

hecatostichum.i.centum versuũ: paucis me absoluã: est aũt in summa sensus totius carminis: laus et preconiũ resurrectionis christi et illius diei in qua christus surrexit nã eo tpe oia mundi nascentia testantur suã leticiã cum christo qr omnia tũc incipiũt florere simul est gratissimus annus. Celi orbita.i.circulus solaris: Elementa liquentia id est pura vergilius: liquidũq per ethera lapse: alio modo liquidum.i.molle et fluxum vt vergilius: et mella liquentia stipant zc. Violaria vt dicit seruius in.3.georgicorũ sunt loca vbi nascunt viole: et scdm mentem valle violaria magis significãt copiã fruticũ: vno loco violas gignentiũ: q̃ ipsum locũ: vbi hi frutices sũt: sili modo aluearia potius accipiunt p copia alueor eodẽ in loco locatorũ ac mellificantiũ. licet etiã locus dici possit: vbi sũt aluei apum. Caudice pro codice ponit.i. indifferẽter eni codex vel caudex dicimus. Mixta salix abies zc. annũerat hic quasdã arbores p quas in gñe vult intelligere oẽs florere tpe illo resurrectionis. Constructura fauos: dicit apes z oẽs aues illo tpe suã leticiã ostendere et cõgratulari christo. Philomela nõ philomena scribẽdũ est: que latine luscinia dicitur philomela aũt grece dicitur aphilon.i.amans: z mela.i.mala poma seu oues quasi amãs mala seu oues. vel scdm alios quasi amans melos.i.cantus: scribit eñi plinius lib.x.naturalis historie q luscinijs sit diebus ac noctibus continuis quindecim garrulus sine intermissu cantus: densante se frondiũ germine. in qua vna aue: perfecta musice scientia modulatus editur sonus zc. placeret aũt mihi hec interpretatio nisi melos primã breuẽ haberet et in philomela pduceret: at forsan h facit grecus accẽtus: hec latine dicitur luscinia vel q de luce canit vel melius q lugendo canat: eo q lugere hec auis canendo dicit Marcialis: flet philomela nefas incesti tereos. et que: Muta puella fuit: garrula fertur auis: vnde et vergilius quarto georgicorũ qualis populea moerens philomela sub vmbra: Amissos queritur foetus: quos durus arator: obseruans nido implumes detraxit: at illa. Flet noctem ramoq sedens miserabile carmen Integrat. et mestis late loca questibus implet. Mensum pro mẽsium ponit a nomine mensis. Resonãt virgulta susurro nõ virgulto vt false impressum est. Sola congeris.i. terram cõglobas et est solum li pma breui terra. Vetus vitiũ id est peccatũ originale. In amne nouo id ẽ in baptismo: a nouo instrumẽto incepto. Fera belua id est diabolus euomit.i. restituit ab sorptam plebem.i. homies in carcere inferno detentos Et de fauce lupi id est diaboli subtrahit agnus id est christus oues id est christi fideles. Penale chaos id est pena infernalis. Gentili errore id est gentilium: genti-

les enim vel grece ethnicos vocant ecclesiastici omnes idolorum cultores ideo: quia in gentilium hoc est maiorum suorum fide perstitere nec cultum religionis mutauerunt ꝛc. Nō preciū mundi. in hoc versu vilia nō vllia legendum est.

Vita sanctorum.

Pascha huius paschatis cū ch aspirato tunc est generis neutri et venit lactātio teste a greco verbo pascho id est patior vel potest declinari hec pascha huius pasche et sic est generis feminini ꝛ prime declinationis et tūc venit a phase quod est transitus vt dicit Hieronymus: et vt idem interpretatur pascha est transscensus siue transgressio licꝫ hoc sit violentū vt greca vel latina dictio scđꝫ hebraicam linguam interpretata sit vt idem refert. Melius igitur esset et magis scđm artem si pascha paschatis tantūodo declinaremus: sed ad excusanda sacra eloquia opus erit dicere pascha pasche.

Ad cenam agni.

Azyma cum y greco greca dictio est et significat sine fermento ab a id est sine ꝛ zyme quod est fermentum inde zymites id est panis fermentatus et azymos id est infermentatus.

O vere digna hostia ꝛc. nota hic quid proprie hostia sit: hostia simul et victima dicitur omne animal quod deo imolatur sed quid intersit intˀ vtramqꝫ: ouidius pᵐo fastorum dicit. victima que dextra cecidit victrice vocatur. hostibus adomitis hostia nomen habet: hic christiani et ecclesiastici transsumptiue eucharistiam nominant hostiam: quoniam illa superatus sit noster aduersarius diabolus: tamē festus hostiam vult dictam ab hostire quod est ferire.

Chorus noue hierusalem.

Chorus grece: latine significat cetum hominum et congregatiōem vel choream: nostri autem indocti accipiunt chorum ꝓ subsellijs sacerdotum in templis minus latine sed barbare vt in cōmētarijs nostris abunde scripsimus: hierusalem sic enim scribitur cum aspiratione in principio et i latino: et interpretatur scđm diuum Hieronymum: visio pacis: Ita enim ille idem ad marcellam scribit sub nomine Paule et eustochij: totum mysterium nostrū istius prouincie vrbisqꝫ vernaculum est in tribus nominibus

trinitatis demonstrans fidem: iebus: salem et hierusalem: appel-
latur primũ nomẽ: calcata: scd'm pap: tertiũ visio pacis: At vt ego
reperio hec ciuitas olim dicta fuit solyme solymarũ p.n. vl' solyma
in s.n. Unde cornelius tacitus li.xj. dicit: Clara alij iudeorum initia
solymos carminibus homeri celebratã gentem conditã vrbem hie
rosolymam nomĩe suo fecisse: iosephus libro vltimo de bello iudai-
co: scribit q' primus conditor solymarũ fuerat chananeorũ poten-
tissimus: qui patria lingua: iustus appellatus est: erat quippe talis
ideo q' sacerdotium primus exhibuit: et phano primum edificato
hierosolymã ciuitatẽ vocauit: cum ante solyma vocaret' Chanane
orum populo postea pulso: rex iudeorum leobius colendam suo tradi
dit dicit' igitur hierosolyma quasi templũ solymarũ ab hieros qđ
est sacrũ vl' hieron id est templũ et solyma: inde populi dicebãt' soly
mi orũ: item aliter dicit' hierosolyma quasi templũ salomonis. Et
nota q' dicim' hierosolyma. me.f.g. pme declinatiõis sic hierony
mus dixit: qui mis vrbibus et presertim hierosolyme insultaue-
re. loquens de his qui iudeos oppugnarunt sicut et superius au-
diuistis: dicit' et a mult' hierosolymearum: p.n. At ego repio apud
idoneos etiam hierosolyma orum p.n. et gene.n. sic plinius: qui scri-
bit lib. quinto naturalis historie: hierosolyma fuisse longe clarissi-
ma vrbium orientis: et lucius florus de pompeio: hierosolyma de-
fendere tentauere iudei: verum hec quoq' intrauit &c.

Te lucis auctor personent.

Anastasis penultima breui valet latine resurrectio at male in-
terpretatur mãmetractus vt suo loco dicet'. Feriata a ferior
aris descendit quod est esse ociosum et festũ agere. vnde trebonius
in ep'la ad ciceronẽ: nec putes in asia feriatũ illũ: et ferior a ferijs ve
nit: sunt enim ferie p.n. tm̃ dies festi: a feriendis (vt dicit festus).
victimis dicte: vnde improprie et violenter est id vsurpatũ vt di-
camus: prima vel tertia vl' quarta feria: primo q' feria est p.n tan-
tum: scd'o q' ferie sunt tantum dies festi: plura scripsimus in com-
mentarijs nostris.

Strennui athlete

Georgius scribendum nõ iorius vel georius vt indocti faciunt
Athleta cum th aspirato a nostris dicit' pugil et luctator: fuit
ergo georgius luctator et pugil contra impios christi persecuto
res. Herculem gentes sensus est illorum versuum q' hercu

les fortissim⁹ philipp⁹ et alexãder: greci piter et romani cedũt in gloria diuo georgio: hi enĩ vane glorie studuerũt ꝛ libidine regnã di plurima fecerũt et egregia gesta: nr̃ aũt relictꝫ oĩbꝫ diuitijs (quis ꝛ ipe nobilis esset diuesꝙ.) soli christo militauit: et oĩa ꝓpter deũ pati voluit. Gentes prophane. i. gentiles procul a rito christi viuentes Tyrannos macedũ id est macedonie reges ꝛ intelligit philippum et eius filium alexandrũ magnum qui magna gesserunt.

Et si quos extulit. i. generauit tellus cecropis gretia et athene: cecrops enim teste eusebio de temporibus primus rex atheniensium fuit. Romulidumqꝫ id est romulidarum: Romani enĩ a romulo eorum conditore romulide dicti sunt. Regie stirpis cappadocũ fuit georgius natus de stirpe regia in cappadocia: que est regio cõtermina maiori armenie inde dicit̃ cappadox cappadocis penultima breui existens de capadotia. Palestina teste plinio lib. 5. naturalis historie: prouincia est in syria arabie contermina: quã sacre littere philistin appellant vnde Hieronymus in hebraicis questionibus: philistim appellati sunt: quos nos corrupte palestinos dicimus: vnde et philistei dicuntur ꝛc̃. tercentum numerus finitus pro infinito poete ponũt. Gestit id est cupit noscere numerare arenas ponti id est maris: bibulas quod est proprium epithetum arene capaces aquarum et humidas. Crucibus id est patibulis. Hostis ex diri sensus est: multꝫ hominibus ad fidem conuersis tandem gloriosissima passione exacta celum ascendit. vallemus: debet esse valeamus: male namqꝫ impressum est.

Salue crux sancta.

Crux tam masculini qꝫ feminini generis est nam ita dicit diuus Hieronymus lib. j. sup epistola ad ephesios Crux ꝓm grecos est masculini generis: et sic ipse trãstulit ad galatas: Mihi aũt absit gloriari: nisi in cruce dñi nostri iesu christi p quẽ scilicet crucem mihi mundus crucifixus est quod quidam litteratores indocti putant esse relatiuum huius genitiui Jesu christi qđ nõ quadrat. Et etiam gracchus romanus orator posuit in masculino vt in cõmẽtarijs nostris prodidimus et plura alia.

Sacre christi celebremus.

Sibylla cum i latino scribitur in principio et in medio y greco ꝛ non est proprium nomen vnius mulieris: sed oẽs femine vates sibylle sunt nuncupate: a deorum consilijs denunciandis vt lu

eleentissime describit lactantius lib. j. diuinarum institutionū capite sexto: vbi et decem sibyllas fuisse dicit Auctore varrone: vbi et patriam cuiusque annumerat. Inter vepres. i. spinas veruex herens cornibus intelligit de mose cornuto Spina rubet inflammatur alludit ad hoc quod dicitur in sacris litteris. Rubus quem viderat moyses incombustum conseruatum agnouimus ꝛc.

Lauda fidelis concio.

Concio teste aulo gellio lib. j7. c. 7. tria significat primo publicā orationem alicuius sacerdotis vel magistratus: quā greci demegorian. barbari pdicationem vocant. inde cōtionari deponētale: est facere sermonē ad populum: ꝛ cōcionator: toris quē indocti predicatorem nūcupāt. Scđo cōcio dicit locus vl suggestus aut cathedra vnde verba fiūt. que a barbaris ambo onis dicit qđ latinū nō est. Tertio significat coetū ꝛ multitudinē populi assistentis. quam greci ecclesiam vocant. Et nota ꝙ ecclesia significat nō edificiū et edes sacras sed concōem hoc est cōgregatōem christi fideliū: vnde pōt esse ecclesia nullis extantib⁹ delubris et templis. Et nota ꝙ ecclesia: scđam syllabam pducit contra morem oīm ferme christianorū poetarū nam per ita hoc est e longū scribitur apud grecos quorum dictio est ꝛc. plura in cōmentarijs meis videbis.

Sidus choruscat.

Sidus i latino scribit et est dictio latina grece astron dicit Carbunculus, vt dicit hieronymus: in isaiam lib. 5. lapis est q̄ grece anthrax dicit q̄ ob colori s flammei similitudinē igneus est appellat⁹. Parificat angelis: parificari est equari ꝛ est verbū quottidiane et vulgaris sermocinationis.

Festum nunc celebre

Solisu latine etiā sella dicit grece thronus ꝛ ꝓprie est regū sedes Arbiter. i. iudex alias arbiter est q̄ ex cōpromisso. i. consensu partiū: et litigantiū electione de causa cognoscit vt tradūt leguleī nostri. Districtus. i. seuerus. nō scđm misericordiā sed scđm cuiusque merita iudicabit. Protege penultima breui a pro et tego is ere. Ne nos liuor edax demonis nō demonijs poni debet.

Jesu nostra redemptio.

Claustra. i. clausurā: et nota ꝙ claustrū nō significat atriū monachorum vt vulgo dicimus: sed clausurā: et vt barbari loquuntur clusam: vt florus: per alpes. i. claustra italie ferebantur. plura in cōmentarijs scripsimus. Triumpho quid sit triumphus et tro

phetum videbis infra in erroribus mammetracti.

Ueni creator spiritus.

Sermone ditans guttura ad hoc alludit q spiritus sanctus apostolis variarum linguarum sermões inspirauit: vñ dicit loquebantur varijs linguis ec id quod spiritus inspirauit: ditauit igitur et locupletes reddit apostolos varijs linguis.

Beata nobis gaudia.

Ignis vibrante lumine ec. vibrante.i.flammas emittête: Est ergo sensus illius iã dicti versus q ignis e celo lapsus in ascensiõe christi designauit linguarũ figuram et imaginem vt essent sermone profluui id est abundantes et copiosi. Musto madere deputant.i.estimant apostolos madere.i.madidos esse et repletos humidos q musto id est vino hoc est crediderũt eos esse ebrios.

Impleta gaudent

Intonant.i.loquunt media breui ab in e tono as are. Brecis latinis barbaris: barbari dicebant antiquitus oẽs gentes exceptis grecis et latinis. Auctor est festus: Strabo aũt li.14.sic ego arbitror ab initio conficto nomine eos barbaros appellatos q difficult aspere ac dure loqrent: vt blesos balbos q dicim⁹: oẽs itaq qui crasse loquunt: barbari dicunt quales sunt nationes oẽs pter grecos: hec ille Cõcrepat.i.increpat et reprehẽdit: e corripit pe. sic simplex ei⁹ Alumnos christi.i.discipulos. nota Alumnus dicitur qui ab aliquo altus est sicut hic: et qui aliquẽ aluit: qd vltimũ significatũ reprobauit laurentius valla: sed pace valle dixerim: etiam alumnus dicit qui aliquẽ alit: e vt alios omittam: plinius lib.3. naturalis historie est mihi luculentissim⁹ testis et idẽ idoneus: loquens de italia: ait: Terra oĩm terrarum alumna eadem e parens numine deum electa.

Adesto sancta trinitas.

Triplex q mundi machina id est fabrica superum: inferorum et hominum.

Pange lingua.

Fit q sanguis christi merũ.i.vinum. Antiquũ documentũ.i. vetus instrumentũ: Et nota q improprie accepit documẽtũ hic p doctrina: documẽtũ em pprie significat pbatõem e id qd docere e ad lucem deducere possis. Nouo ritui.i.nouo testamẽto (vbi est iam alius ritus.

Sacris solennijs.

Hic hymnus vna cum illo. In mariam vite sunt cantati et multum celebres: adeo vt pene per totam ecclesiam christianam canteñt. Et tamen multum mihi displicent primo q sunt ametri

et sine legitima pedum mensura cōpositi: reperit scdo hic solenniis qd latinū nō est: solennia enī silr insignia solenniū insigniū solennibus insignibus: nō solenniis insigniis dicendū est vt apud indoctos et triuiales grāmatistas in frequēti vsu est ob hoc posui hic solennibus: item in hymno in mariā vire reperit impregnata qd omnino latinū nō est: impregnans vel impregnata latine nō dicit sed pregnans ita loquunt docti et latini. ethnici ecclesiastici: et iurisconsulti presertim. ff. de his qui notant infamia: allegationes et probationes leges in cōmentariis nostris: hic enī breuitati studemus

Post agnū typicū id est figuratū et qui designauit figuram et aliquid mysticū vnde postea dicit dat panis celicus figuris terminū typos enī cū y greco: est forma figura vel adumbratio. Solis presbyteris. nota presbyter scda syllaba per b et y grecū scribitur nō prespiter sicut scribunt triuiales litteratores. et greca dictio valet q̄ latine senex vl senior: declināt aūt greci psbyter' ri sic et nos possem' facere vn̄ apud nos dicūt psbyteri q̄ apd iudeos seniores ppli dcti sūt et q̄ apd eosdē pncipes dicti sūt apud nos epi sūt: id qd plures sacerdotes villanos latet. Unde hieronymus lib. 2. c. 3. visionis scde esaie inquit: inter senes aūt et principes hoc fuisse reor in veteri populo: quod nunc est inter presbyteros et episcopos &c.

Ut queant laxis.

Ioannes sine aspiratiōe est tetrasyllaba dictio prima i breuis secunda o longa cōtra omniū neotericorū id est recentiorū morem qui o corripiunt cū sit omega hoc est o longū vt doctissim' vir euo nostro hermolaus barbarus prodidit: et vt dixi: fortunat' et sidonius apollinaris corripiūt o: nō sic iuuentus poeta: nō sic alii poete christiani de receptis loquor: caueant igit nostri germani in posterū: scripsi et plura in cōmentariis nostris. Pella locustis: locusta puū animal est satis notū. Sunt aūt nō nulli indocti q̄ volunt locustā esse gn̄s herbe: quo nihil est absurdius dicere. Ceteri aūt dicunt inter quos et perottus est nefas esse credere diuū Joannē huius cibi in puritate vsum in eremo fuisse: Causam aūt erroris esse: quod greci acridas modo locustas vocant: mō sūmitates herbar̄ siue arbor̄ hoc est teneriores ptes, q̄si quosdā cauliculos: q̄ sumi in cibo solēt: interpretem igit p caudiculis locustā posuisse: qd mihi etiā displicet: pcant enī mihi manes perotti hois alioqui eruditissimi: multo enim plus tribuo diuo hieronymo q̄ cuiq̄ ex neotericis greci: et latini: et hebraici sermonis doctissimo q̄ non solū audiuit: sed loca illa in quibus diuus Joanes delituit plustra

nit inhabitanit q̃: dicit ergo ille sup prophetã ionã: qd̃ mihi vidẽ tur et locuste significare quib⁹ vescebat̃ ioannes. animal paruũ in firmas habens alas de terra quidẽ consurgens sed altius nõ valẽs euolare. Idem lib. j. c. 27. cõtra iouinianũ: Rursum orientales et li bye populos: q̃r per desertũ et calidã eremi vastitatẽ: locustarũ nu bes repiunt̃: locustis vesci moris est: h̃ verũ esse. ioannẽs q̃q̃ bapti sta probat hec ille: In cõmentarijs nr̃is de abusione lingue latine repies p̄l̃a ex plinio ⁊ strabone q̃ nob̃ ⁊ hieronymiane sn̄ie suffragãt̃

Aurea luce

Laureati. i. lauro coronati: ⁊ nota teste quĩtiliano in octauo suar̃ institutionũ q̃ laureat⁹ vsurpatiue dicit̃ nõ eñ laureor aris di cimus: sed laureat⁹ vsurpatiõe poetarũ in vsum venit.

Laureati ergo possidẽt senatũ vite hoc est cõsiliũ viuorũ et cele stiũ iudicaturi cũ christo in extremo iudicio: senatus eñ vt dicit au lus gellius lib. j7. c. 7. locũ significat in quo senatores p̃ueniunt et hoies hoc est ipos senatores ⁊ cõsules: et senatus d̃r a senibus: de bẽt eñ senes esse et rer̃ experientia insignes q̃ velint cõsulere reip: et alios iudicare: vnde ouidi⁹: nec nisi post annos patuit tũc curia seros: nomẽ et etatis mite senatus habet. Petrus petra greca sunt vocabula: valent latine saxũ. nec interp̃tant̃ quasi pede trita vt indocti dicũt: grecũ eñ verbũ nõ patit̃ latinã etymologiam: et petrus: hebraice dicit̃ cephas. id quod testat̃ diuus hieronym⁹ li. j. sup galatas: nõ aliud (inquiens) significat petrus aliud cephas sed quã nos grece petrã: hanc hebrei ⁊ syri p̄pter linguam inter se vicinam cephan nuncupãt: Cephas igitur hebraicũ nõ grecũ est et significat saxũ nõ caput. vt barbari quidã dicunt cephale autem grece caput dicit̃ inde acephalus sine capite. nec petrus est propri um nomẽ principis apostolorũ sed simon dicebat̃ et a christo sorti tus est hoc nomẽ vt dicit hieronymus Satage. i. labora et eni tere penultima breui a satis ⁊ agere.

O christi mater celica.

Schisma s̄tis p̄ ch aspiratõem scribit̃ nec a scindo deriuat̃ vt di cit mammetractus et sui doctores sed grecũ est vocabulũ pe nitus latine q̃ valet scissura: Et d̄nt schisma et heresis vt docet di uus hieronym⁹ sup ep̄la pauli ad titũ inter heres m (inquiens) et schisma hoc esse arbitror: quod heresis peruersum dogma habeat, schisma p̄pter sp̄ealem dissensiõem ab ecclesia separet̃. Ceterũ nul lum schisma non sibi aliquã confingit heresim vt recte ab ecclesia recessisse videatur.

Iesu christe auctor.

Vranice curie.i.curie celestis vranicus em.a.ū. dicitur celestis: ab vranos quod grece celum significat. Curia aūt locus est(.vt dicit festus) vbi publicas curas gerebāt vulgo ain ratthuß: nō pretoriū vt grammatiste semidocti tradunt: de quibus in comentarijs nostris plura videbis: curia aūt a cura dicitur vt auctor est M. varro:

Pange lingua magdalene.

Turturis suspiriū ad qd alludit vergilius prima egloga: nec gemere aeria cessabit turtur ab vlmo. bñ ergo dicit suspiriū: videtur eīn turturis et palūbiū vox gemitus esse potius et suspiriū q̄ȝ cantus. Errauit aūt seruius simul cū eo multi sequaces ⁊ presertim antonius mancinellus in carmīe vergilij iam dicto: nā ex hoc posuit turtur esse masculini generis et feminini: eo q aeria dicit: at bone serui aeria hic est ablatiui casus et refertur ad vlmū: vt aeria vlmo id est alta. Sicut et lib.3. eneidos dicit aerias querc⁹ ⁊ marcialis dicit aerias cyparissos: Est igitur turtur: m. tm̄ gñis: Marcialis li.3. ait Aureus immodicis turtur te cunibus implet: Et iuuenalis satyra sexta cogitat heredē cariturus turture magno. Et sappho: et niger a viridi turtur amat aue. et ouidius de amoribus Tu tñ añ alias turtur amice dole: ⁊ alij ⁊c. Nardū ferens pisticū pisticū id est fidele purū: et nō adulteratū a pistis greco vocabulo que est fides: Et nota q nardos fe.ge. et nardū ne.ge. tam pro vnguēto q̄ȝ p herba ex q̄ pficit declinari pōt sitr hec cost⁹ vł costos: ⁊ hoc costum: que cum grece sint dictiones rectius in os vt tradit p bus q̄ȝ in us nominatiuū terminamus. hieronymus in canticis: nardos mea dedit odorem suum.

Gaude ciuitas augusta.

Sathan vel sathanas vocabulū est hebraicū et dicitur aduersarius seu contrarius: apud grecos vero diabolus: et iterū ab apostolo hebraico vocabulo belial dicit hoc est absq̄ȝ iugo: q de collo suo dei abiecerit seruitutē: quē aqla apostatam transtulit: est igit apostata: qui a fide christi recessit: hoc est de collo suo seruitutem dei abiecit: itē etiā in sacris litteris dicitur bahalzebub. qd interptatur habens muscas: aut vir muscarū: eorē oim testis est diuus hieronymus lib.2. ad ephesios. ⁊ in interpretationibus hebraicarum dictionum ⁊c.

Martyris christi

Pontifex appellatus est ve la posse et facio: vt sceuole placet: vł fm varronē: a ponte: nam a pontificibus pons sublicius primū est factus et postea sepe restitutus. Talentū nomē ponderis

est: sed vt seruius scribit in quinto eneidos. scdm varias gētes varium est: dicit q apud romanos talentū esse. lxx. libras: sicut plautus ostendit in mustellaria: qui ait duo talenta esse. cxxxx. libras: fuit etiā talētū atticū: euboicū et egyptiū. Atticū dicūt esse magnū et paruū: magnū dicūt habere libras. lxxxiij. et vncias. iiij. et deniq valere. vj. milia denarior romanor: Talentū atticū paruū. lx. continebat libras: euboicū nō multo minus erat attico paruo: egyptium pondo. lxxx. rc. nō est igitur talētū p libra accipiendū et econtrario sicut nostri faciūt: qui oīno nō remotiorū vocū significationes indagauerunt.

O q̄ glorifica.

Virgo maria. Maria interpretat a diuo hieronymo stella maris siue amarū mare: Sciendū q (eodē auctore) q maria sermone syro domina nuncupat. Et scdm omēs poetas christianos saltē eruditos et receptos maria media breui ponit in carmine: vt apud iuuencū seduliū etiam claudianū gentilem: quorum oīm carmina allegaui in cōmentarijs nr̄is de abusione rc. At nostri oēs q̄ faciunt producentes mediā: At nō repugno extra carmē: more grecorū in maria mediā acui qz accentus grecus ita habet rc. Qui tecū nitida viuit ī ethra poni debet nō ethera. Est aūt pprie ethra splendor etheris: hic aūt pro ethere et celo ponitur.

Felix mater constantia.

Immanissima supplicia: hic et hec imanis et hoc imane dicit malus crudelis q vel a mano qd bonū apud priscos significabat immanis quasi sine bono, vel a manando vt ait pompeius q eos per omnia manare putabant. Remisit domino flamē. i. spiritum inde sepe in hymnis ponitur cū sacro flamine. i. spiritu sancto.

Gaude visceribus.

Astra solū mare: solū. i. terra a soliditate. Theotocos grecum vocabulū est et valet latine pariens deū hoc est mater dei a theos. i. deus et tocos partus vel tocas. i. genitrix: et cadit accētus super penultima: ita vt penultima debet longe enūciari q̄uis id nō (sit obseruatū in carmine pn̄ti.

Alma lux siderū.

Dionysi' ī pma syllaba cū i latino scribit et ī an̄ penultīa cū y greco et fuit h quōdā etiā pprīū nomē bacchi et cōpositū a dio. i. ioue et nysa vrbe int arabiā et egyptū q̄si iouis nysi' Areopagita Areopagite erant sapiētes et iudices q athenis in tēplo martis qd erat in ariopago iudicabant: Areopagus autem latine dicit villa vel vicus martis ab are areos quod est mars martis et pag' vicus nō aūt ab ares. i. virtus vt delirat mammetractus cū suis ducib et iō dicebat martis vicus. q ibi cedes iudicabant. quarū videtur

mars auctor: vel quod ibi figeretur lancea cum iudicium fieret q mars fecisse dicitur contra neptuni filium &c.

Omnes superni ordines.

Milies aduerbiū est nō dicas millesies vt barbari: nō est enim latinum. Fulgurosi virtutibus. i. splendentes & cōspicui quis fulgurosus non sit multum elegans et vsitatum apud doctos verbum Christi fauete plebibus non christe vt impressum est falso. Prosapia vt dicit nonius marcellus: est longitudo generis dicta a prosuppando aut pferendo. Et est penultima breuis nō longa vt indocti pronunciant: de qua re plura leges in cōmentariis nostris. Tripudians tripudiare est terram pedibus ferire & in chorea saltare: et venit a tripudium: est aūt tripudiū saltatio a pauienda terra: pauire eñ veteres pro ferire accipiebant: primo igit dicebat terripauiū post. terripudiū iam tripudiū. Clerum docendo subditū clerus dicit latine sors inde clericus. i. de sorte domini: ita dicit hieronymus i epistola ad nepotianū. Si eñ cleros grece sors latine appellatur, pterea vocant clerici vel q2 de sorte sunt domini vel q2 dominus ipse sors id est pars clericorū est: hic habes clericū nō dici nisi illū qui sit initiatus sacris: et habeat (vt ita loquar) sacros ordines: nō illum qui est scholasticus et scholas frequentat: inde male dicit Alexander gallus vel potius barbarus Scribere clericulis paro doctrinale nouellis &c. per etates interminas. i. sine termino existentes.

Iesu saluator seculi.

Monachus latine dicit solitarius: a monos. i. solus: monastes idem est quod monachus: et nota hic vehemēter errare quosdam litteratores et superstitiosos sciolos: qui scribūt & pferūt monacus sine h nescientes barbari et indocti monachus esse grecum vocabulū et in penultima cū ch aspirato scribi &c. a monos etiam venit monasterium qd est solitudo latine et est domus et habitatio monachorū quod vocant indocti claustrum.

Martine confessor.

Confessor nō est vt vulg⁹ putat auditor cōfessionū sed ille ipe q cōfitet alteri vel deo. vulgo ainer der da bicht: Sunt igit cōfessores q nomē et fidem christi cōfessi sūt verbo et ope. Scandalū grecū est vocabulū: & significat (teste nostro hieronymo sup mattheū.) offendiculum vel ruinam et inpectiōem pedis.

Virginis festum.

Te senes matrem celebrãt diserti: nõ deserti vt falso impressum est: desinant vane celebrare gentes. i. gentiles: festa diane dee quam grauide inuocabant: que eadem lucina dicitur ꝙ lucem nascentibus prebeat: est igit̃ sensus: desinant mulieres inuocare dianam et alias deas: sola virgo maria est que possit opem ferre cunctis in partu laborantibus:

Exultat celum laudibus.

Sanate egros moribus. Bene dicit egros. est eñ egritudo plus animi ꝙ̃ corporis et similiter eger: sed egrotatio ⁊ egrotus corporis vt distinguit̃ tullius lib. 3. tusculanarum questionũ. de quibus plura leges in cõmentariis nostris.

Ceteri vates.

Sensus est illius: ceteri vates ⁊ poete inuocent mineruã bacchũ appollinem esculapium: ⁊ ceteros deos gentiliũ. qui nihil pñt vel potiꝰ sunt demonia. Ego aũt inuocabo ⁊ implorabo auxilium diui thome apostoli ⁊ patroni mei singularis. Et sunt quidã versus omissi in hoc carmine qui bene facerent ad laudẽ thome sine q̃bus vix quadrat sñia vnius carminis ad aliud: sed imprimẽdi suo tpe: minerue virginis. minerua dea et ṽgo est q̃ alias pallas dicit̃ fuit inuẽtrix multaꝝ reꝝ vt poete narrant: que est ⁊ valde celebrata apud eosdem. Bromium. i. bacchũ deũ. ⁊ bromiꝰ dicit̃. qm̃ bromos greca dictio: crepitrus tonitrus strepitus dicit̃ hinc bromius dictus est bacchus ꝙ cũ tonitru adueniente ioue semele mater eum peperit. ꝙ aũt letum: est ꝓprium epitheton bacchi iuxta vergilium: Assit letitie bacchus pater ⁊ bona iuno. Ita ⁊ nos in quodã sapphico. de illo scripsissimus: solus ex omni numero deorũ. Tetricos nescis aĩos catonis. Cuiqꝫ curarum medicus salubris. Sandia preferes. Laudes delphici. i. appollinis musice inuentoris q̃ delphicus dicit̃ a delphis opido vbi religiose colebat̃. Epidaurũ ꝙ̃. epidaurius fuit esculapius filius appollinis ⁊ medicoꝝ optimus et ꝓpter hoc in numerũ deoꝝ relatꝰ: epidauriꝰ aũt dicit̃ ab epidauro achaie opido vbi sũma veneratõe colebat̃. Presidẽ auerni. i. plutonem qui p̃est et regit inferos. Persidi hircanis. impressor fecit falso presidi cũ persidi ponẽdũ erat. Sunt igit̃ perse hircani medi et parthi: populi quibꝫ cõtionatus est: et predicauit (vt more vulgi loquar), sanctus thomas: et edessa ciuitas vbi sepultꝰ est sanctus thomas.

O martyr eterne patris

Christi crucē tu baiulas. baiulo: as: are est portare vel onera ferre apud quintilianū in .6. ego te baiulare nō possum: vñ etiam baiuli a quo baiulare est: sūt quos greci bastaxentas vocāt: hoc est sūt q̄ onera humeris portant. et vecturas onerū corpe suo factitāt.

Iste confessor.

Hoc die debet poni nō hodie: sic enim carmen nō staret Ad sacrum cuius tumulū ꝛc. tumulus mō terra tumēs. i. collis mō sepulchrū est: q2 ibi coaceruari terra consueuit et venit a verbo tumeo tumes ꝛc. a tumulo venit tumulo as are id est sepelire et passiuum tumulor aris.

Hic est verus christicola.

Apostolorū assecla: assecla cōis generis penultima breui dicit seruus q2 oibus dñi impūs assit: et qui ꝯtinue dñm sequetur veteres tñ assecles nutrices dicebant: q2 semꝑ ūs assint quos nutriunt. itē etiā pedissequ⁹ ꝛ in feminino genere pedissequa dicim⁹ et sunt pedissequi q̄ pedes dñi sequunt vel pedissequae: ancille q̄ sequunt dominā. Ouans. i. letus: Est tñ ꝓprie ouatio illud gaudiū quo aliq̄s victor intrat vrbē nō tñ triunphans et tūc est vt dic aulus gellius lib. 5. c. 6. cū aut bella nō rite indicta: neq̄ cū iusto hoste gesta sunt: aut hostiū nomē humile: ꝛ non idoneū est: vt seruorū pyratarū q̄: aut deditione repente facta: impuluere (. vt dici solet) icruentaq̄ victoria obuenit: Inde ouo ouare est gaudere et letari instar triunphantiū vel potius ouantiū ꝛc. Celigenarū epulis. vna dictio debet esse celigenarū: nō celi genarū due. Fruiturus futurū est a fruor qd̄ habet tria p̄terita: fruitus fruct⁹ vel fret⁹ sum: in supino fruitū ꝛ fretū: in futuro fruiturus nō aliud habet vel futurū vel participiū in rus: ꝛ licet valla dicat fruitū et ex inde fruitur⁹ non sint in vsu nisi apud eos: q̄ verbor̄ nouitatibus et gaudent et gloriant: non tñ est imitandus in hoc: cum cicero lib: 5. tusculanar̄ questionū dicat: consideretq̄ se fruiturū. esse aūt nefas credo ꝛ turpe quasi: aliqd̄ vocabulum vl' esse nouū vel vitandū quo cicero lingue latine monarcha et pater vsus fuerit: nos eñ nihil nō summe vsitatū ꝛ eligās ꝛ ꝟe latinū existimam⁹ q̄ cicero vl' vs⁹ semel fuerit: que aūt sit dña int' fruor ꝛ vtor dicam d' erroribꝫ ꝛ annotatiōibus ammmetracti. Primo dierum omnium.

Psallo is ere id est canere et verbmu grecum est. Item psalmus cantus est vel carmē: et psaltes. i. cantor et psaltria est fidicina et lyrista.

Affatim. i. ad modū vt dic aul⁹ gelli⁹ li. 7. c. 7. vl' abundant' ꝛ dr a copia fandi vt dicit fest⁹ nō aūt ab ad et fatim abūdāter vt dicit

mammetractus: quare cū a fari descendat nō pōt esse media corre-
pta vt idē voluit mammetractus q̄uis scōm sniam gellij prima a-
cui debeat cui ego non assentior. Ocyus. i. citius: ocyor & ocy-
us: ocyssimus et ocyssime positiuū latinū nō habent: sed ab eo veni
unt qd est in greco ocys & ideo aliqui scribunt ocyus ocyssime per
y grecum. et ita scribendū est nam et positiuū ita scribitur. Quo
carnis actu exules: exules. i. carentes actu carnis. i. in temperātie
que ex concupiscentia carnis prouenit: vt non immerito saluator
noster dixerit spirit⁹ pmptus est. caro autē infirma. ratio eñ que
nobis cū dijs cōis est semp tendit ad optima. sensus aūt carnalis
ad pessima.

Nocte surgentes vigilemus.

Reboat. reboo nō roboo poni dʒ nā qd in alio quodā hymno ro
boo legim⁹ vitiū est impressorꝝ. & est reboare resonare et tonita
re. Et vt seruius dicit reboo grecū est v̄bū. nā apud latinos. nul-
lū verbū est qd ante o finalē o habeat excepto incboo as are. quod
tñ maiores aliter scribebant tūc aspiratōem interponentes duabꝰ
vocalibus et dicebaut incohare hec ille: hic obiter nota inchoare
descendere ab in et chaos. et ergo inchoare bene & congruēter scri
bimus per ch aspiratum

Te lucis ante terminū.

Phantasmata. i. visa & debet scribi p ph. Est aūt phantasma vi-
sum: Macrobi⁹ aūt de somno scipionis. sic descripsit phātas
ma esse visum. cū iter vigiliā. et adultā quietē. in q̄dā vt aiūt patria
somnij nebula ad huc vigilare se existimās. q̄ dormire vix cepit. a-
spicere videt̄ irruētes in se vl' passim vagātes formas a natura seu
magnitudine seu specie discrepātes varias q̄ tēpestates rerꝝ vel le
tas vel turbulētas. fallit̄ aūt maxie i h̄ loco nestor dionysi⁹ vocabu
lari⁹. q̄ dicit visū in singl'ri nūero n. ge. nō posse repiri. rep̄hēdit q̄
in h̄ vgutiōem & catholicon q̄ h̄ visū declinari posse p̄cipiāt. dici-
mus eñ visus & visū in n. ge. sic sens⁹ & sensū. & sic dr̄nt sens⁹ & sen-
sum teste marcello vt. s. sens⁹ sint q̄ sentiūt. sensa v̄o que sentiūt̄. sic
visus q̄bus videm⁹. visa v̄o q̄ vident̄. Macrobi⁹ igit̄ dicit visum
i singl'ari ꝯ nestoris opi. in li. s. alle. dicēs phantasma h̄ est visū. itē
Cicero li. j. academicaꝝ q̄stionū quā greci phantasiā. nos visū ap
pellam⁹: & paulopost id aūt visū cū ip̄m p se cerneret̄. item i alijs li-
bris etiā vt i alio loco dixi. q̄re bone nestor nō fuisti satis circūspe-
ctus in h̄ loco. at nemo vnus oīa scire pōt vt dicit varro &c.

Splendor paterne glorie

Culpā releget lubricam: releget. i. deponat vl' abijciat penultia
lōga a re & lego as are quod primā producit: inde & ꝯposita le

pducūt vt relego allego delego delegat⁹. Meridies a medi⁹ et dies ꝛ dicim⁹ meridies teste cicerone ad brutum qꝛ in suauius so/nat medidies: Diluculū vocatur tempus noctis quod est ante lucem hoc est añ diem. Crepusculū vero tps est post vesperum. ꝛ quando tempus noctis sit an diei incertum est ꝛ sic appellatū (.te/ste censorino). qꝛ res incerte crepere dicunt plura alia et pulchra di cit censorinus de natali die ad Q. Cerellium.

Ales diei precinit.

Ales. i. auis et intelligit gallū. Et ales tam masculini q̃ꝫ femini ni generis est et vt refert lactantius sup. 3. lib. statij: quādo fe minino genere pfertur: malum portēdit auguriū: vt est apud hora tiū: Mala soluta nauis exit alite. Quādo aūt genere masculino bo num demonstrat auguriū: vergilius: namqꝫ volans fuluus iouis ales in ethra: et facit in genitiuo plurali alitū vel alituū. Marcia/lis inter sapores fertur alitum prim⁹: vergilius li. vndecimo eneis/dos Alituum pecudumqꝫ genus sopor altus habebat.

Nox et tenebre.

Tu lux eoi sideris. i. orientalis eous. a. ū. i. orīētalis et debet scri bi eoi nō eoy: et vt seruius lib. vndecimo eneidos dicit eous pma sillaba naturaliter longa est: sed cum opus fuerit corripit aut licentia nominis proprij aut quia eam vocalis sequitur sicut et hic etiam corripitur:

Lux ecce surgit.

Fatisco ꝓprie significat fatihisco hoc ē abūdanter aperior venit enim a hisco is ere: est igitur sensus pallens fatiscat cecitas. i. aperiatur vel deficiat: fatiscere em̄ etiam pro deficere capitur: pa/cuuius: sed mihi prius quicquid in vita dulce est fatiscat q̃ꝫ hanc deseram. Oculi lubrici. i. lasciui et hinc inde in oēm partē se ver/tentes qđ est libidinosorum.

Eterna celi gloria.

Radicet media longa legendū est. inde eradico et omnia cōposi ta a radix. i in media producunt: Charitas per ch aspiratū est amor vel saltem species amoris inde charus socius vel charissi mus per ch. sed caritas est penuria vnde dicimus frumenta iā sūt

cara vulgo werd: sed dnt caritas et penuria qr caritas cu caro ve duntur etiã si satis frumentorũ et reliquarũ rex sit. penuria tũc est: cum deficient frumenta. Est et item alia differentia quã in cõmentariis nostris de abusione lingue latine dixi: Item opponunt carũ et vile. Carũ vulgo teũr oder werd. vile vilius vilissimũ: vnwerd oder wolffel vñ au. gellius lib. x. ca. 14. Si istud omnes homines facerent: vinũ vilius sit. is respondit. immo vero carũ: plura exempla inuenies apud iurisconsultos. L. 2. ff. de rescindẽda venditiõe.

Summe deus clementie.

Accincti vt sint perpetim: optime et latine hic dicit accicti sint lũbi. Accinctos eñ et pcictos (teste fuio honorato gramatico) industrios et strennuos dicimus. Horatius: altius ac nos pcincti. Cõtra distincti molles dissolutos in temperantes ac desides nuncupamus. vergilius fecerat igni potens discinctos mulciber apbros: et persius nõ pudet ad morem distincti viuere nacte. Optime ergo dicit in sacris litteris: sint lumbi vestri precincti: nã molles et in temperãtes demissis discinctis qz vestibus vti solent Strennui vero atqz industrij: quo sint ad res exequendas promptiores succincti incedunt. Dicitur igitur hic accincti sũt lumbi in quibus cõsistit libido: vt nõ demittamus in libidinẽ et dissolutõem sed potius accingamus ad temperantiam.

Martyris ecce dies agathe.

Agatha nomẽ virginis: meo iudicio descendere videt ab agathos greco nomine qd bonus significat: et sumpsisse nomẽ a bonitate credo sanctissimã virginẽ Diadema grecũ vocabulũ cũ i latino in prima sillaba scribi debet: et significat coronã: nam venit a verbo greco diadeo qd significat corono as are vel circũligo as are. Elegans specie. i. ornata forma et pulchritudine elegãs eñ ab eligo is ere (vt volunt) descendit et significat cultũ ornatũ et politũ: et hic improprie dicit quo ad formã. nam vt dicit aulus gellius lib. x. c. 2. Apparet elegantem antiquitus: nõ ab ingenij elegantia: sed qui nimis leto: amenoqz cultu: victuqz esset appellatũ postea elegans reprehendi desijt. sed laude nulla dignabat nisi cuius elegantia erat moderatissima.

Preco preclarus sacer.

Preco pprie dicebat qui ad res emendas homines cogebat: et qui auctiõem indicebat: et audientiã faciebat: z qui iussa ma

gistratus pplm vocabat aut aliquid obseruandū iubebat: aut gesta diuulgabat: Et preconiū est vox preconis: et qm̄ a precone res geste etiam pronunciari solēt ac palam oībus fieri. Ideo preconiū iam ferme semp pro fama et gloria vsurpatur: Et pco laudator dicitur inde iam eleganter dicunt pcones diuini verbi quos vulgus predicatores nominat: in pn̄tiarū etiā diuus ioannes Baptista dicitur preco christi hoc est laudator: et qui christi diuinitatē: ⁊ eius fidem doctrinamqʒ miris laudibus extollat vt verus sit messias ⁊ merito is in quē omnes homines credere debeant.

Exultet aula celica

Vagitus est clamor et sonus infantiū. Terentius in ecyra: nam audiuisse vocē pueri visus est vagiētis: ⁊ venit a vbo vagire qđ est edere sonū illum infantiū. Infantie infantia vt dicit ad septimū vsqʒ annū procedit At albertus magnus: oēs etates numero q̄tuor esse pdidit: etatē adolescētie vsqʒ ad. xxx. annos: quā subsequitur etas consistentie: alio nomine dicta etas pulchritudinis vsqʒ ad. xl. Tertia etas est minutionis que senectus dicit: ptinetqʒ fere vsqʒ ad. lx. annū: nouissima etas dicit seniū que est vsqʒ in finem vite. At censorinus Ad Q. Cerelliū ita refert: varro quinqʒ gradus etatis equaliter putat esse diuisos: vnūquēqʒ scilicet. pter extremū: in annos. xv. Itaqʒ primo gradu vsqʒ ad annum. xv. pueros dictos: q sint puri. i. impuberes. Scđo ad. xxx. annū adulescentes: ab adulescendo sic nominatos: in tertio gradu qui erat ad. v. et. xl. annos iuuenes appellatos: eo q rem publicā in re militari possent iuuare: in quarto vsqʒ ad. lx. annos seniores vocitatos: q nunc primum senescere corpus incipiat: inde vsqʒ in finem vite vniuscuiusqʒ quintū gradū factū: in quo qui esset senex appellatur. q ea etate corpus senio laboret: hippocrates medicus in. vij. gradus etatū distribuit finē vite vniuscuiusqʒ: pme putauit finē esse vij. annū. Scđe. xiiij. Tertie duodeuigesimū. quarte. xxxv. quinte duodequadragesimū. sexte. lxj. septime nouissimū annū vite humane hec ille. Cuius tūba fert oleū. tūba grece dicit sepulchrū latine: greci scribūt tymba: dicit igit de tumba et sepulchro diui nicolai fluere oleū nesciū oliue hoc est miraculose vt ita loquar qđ nō pducitur ab oliua vt natura fit. Aufer mortis dispendia. i. damna ⁊ damnatōem: Cōpendiū eīn lucrū significat ⁊ breuitatē: dispēdium vero damnū. Confer vite stipendia hoc est militiā longeue vite: Stipendiū eīn pprie (vt dicit vlpianus de verbo. signi.) a stipe appellatū est q per stipes. i. modica ora colligat: inde stipen-

diarij nuncupant qui stipendiū hoc est tributū pendebāt: qui alio nomie vectigales dicunt: quare vulgus semidoctū hallucinat existimans stipendiarios dici milites qui stipendiū accipiunt: cū tales pprio vocabulo mercennarij seu erarij milites dicant: quos flauius vegetius suo vocabulo stipendiosos vocat qd nomē an in penū romani eloquij recipi possit ego oīno dubito: nec itē stipendiatus nomē satis caste dicit et antique: vt prodidit. Beroaldus noster bononiensis: vir inter omnes hodie viuentes in humanis litteris facile princeps).

Eterna christi munera.

Deuota sanctorum fides: vouere significat aliqd deo sancte pmittere inde venit votū: inde deuoueo qd ē execrari τ imprecari vl alicui se addicere et destinare: inde deuot9 teste nonio marcello modo ad prosperū: modo ad aduersum refert in malū virgi. primo eneidos precipue infelix dido pesti deuota future. Idem deuotū hostiles deciū pressere caterue. Sed in bonū iam apud nos est in frequentissimo vsu vt deuotus pater deuota matrona q̄uis nō bene loquar: deuotus eñi significat illū qui est addictus vel destinatus siue morti: diabolo vel deo: qua pter dicendū esset deuotus christo vel deuotus huic aplo vel simile: sic nos scripsimus in carmine: Disce sacros libros christo deuote sacerdos τc. Fides proprie est dictorū et conuentorum constantia et veritas dicta q fiat quod dictū est: hinc dare fidem nō significat alicui credere aliquid (.vt vulgo putatur) sed significat sancte τ quasi cū iuramento aliquid pmittere Sic vergilius: Accipe daq fidem: aliqn tamen fides pro credulitate ponit: inde apud leguleios dicit bone fidei possessor: Et homo bone fidei vocat: cui res tuto creditur vel qui rem sibi creditam fideliter seruat: habere aūt fidem est credere τc.

Et ipsorum cōsortio: consortiū a cōsorte dicit: consortes autē dicunt eiusdē sortis participes: vt consortes dicunt eiusdē hereditatis vel pecunie vel librorū pticipes et socij sic τ in sacris litteris consortes dicuntur celestium qui eandem requiem et veram hereditatem in celis possident.

O rex benigne domine

Virginum palma fulgida: id est victoria sed quare palma pro victoria ponatur luculentissime interpretatur aulus gellius lib. 3. c. 6. dicens: me herclerem mirandam. Aristoteles in. vij. problematum et plutarchus in. viij. symphosicorū scribit. Si sup palme inquit arboris lignū magna pondera imponas: ac tam graui

vrgeas oneres q; : vt magnitudo oneris sustineri nō q̄at: nō deor- sum palma cedit: nec intra flectitur sed aduersus pondus resurgit et sursum nititur recuruatur q; ꝓpterea inquit plutarchus in certa minibus palmā signū esse placuit victorie. quoniā ingeniū eiusmo di ligni est vt vrgentibus ꝓmentibusq; nō cedat. Festa dies ac celebris bene dicit et cōgruenter festa dies. Festus em̄ a ū. potius de die dicit̄ : festiuus aūt magis ad alias res referr̄ vt festiua ora- tio. festiuū dictum. i. lepidum et iocundum plura alia leges in com mentarijs nostris. vbi etiam inuenies dici festiuus dies q̄uis ra- renter. et non nisi quantū ego legi apud vnum aulum gellium.

Tu trinitatis vnitas.

Que excubātes psallimus. Excubare est vigilare inde excubie ꝓ. p. n. tantū dicuntur vigilie differunt tamē excubie ꝛ vigilie te ste seruio. q excubie sunt diurne. vigilie aūt nocturne vel vt dicit Laurentius valla. Excubie diurne et nocturne. vigilie tantūmo- do nocturne. Que autē sit differētia inter excubare et incubare do cet Antoni⁹ mancinellus graphice vel in vno carmine dicens: ex cubat in castris hō. peruigil incubat ales. significat igit̄ incubare vulgo vz brieten sicut aues in suis pullis viuificādis faciunt. sed vt perottus dicit: incubare ꝓprie dicunt̄. hi. qui dormiunt ad acci pienda responsa: vnde ille incubat ioui dicimus: hoc est dormit in capitolio: vt responsa possit accipere ꝛc. Quo fraude quicq̄d de- monū. demonas teste lactanto firmiano grammatici dictos aiūt id est peritos ac rex scios. inde eudemones dicunt̄ boni demones ac angeli sed cacodemones dicunt̄ mali spiritus ꝛ noxie anime an geli q;. at vsus nunc obtinuit demonas simplr̄ accipi ꝓ noxijs spi ritibus et quos ecclesia vocat diabolos.

Primo dierum omnium.

Donis beatis muneret ꝛc. munero et muneror pro eodē dicim⁹ testis est aulus gellius lib. 17. c. 12. qui et sequentia addit signi ficor et significo sacrificor et sacrifico: assentior et assentio feneror et foenero: pigneror ꝛ pignero hec ille. Itē pro eodē dicim⁹ imper tior vel imptio nō ipartio ꝑ a sicut q̄dā volūt vtroq; mō posse scri bi: mecū sentit Antoni⁹ mancinell⁹ i suo thesauro ꝛc. Itē obiurgor ꝛ obiurgo: altercor et alterco n̄ altrico vt indocti scribūt. fabrico ꝛ fabricor. conuerto ꝛ cōuertor lachrymo lachrymor que singula in vtroq; voce pro eodem accipiūtur ꝛ plura alia leges apud ꝑscianū

Hec sunt que breuiuscula lucubratione in hymnis interptari instituimus ea videlicet que nec in triuialibus scholis decātata nec in vulgatis scholasticorū chartulis detrita esse putauimus. vt per hunc nostrū laborē pl'es incitentur emulatiōis studio ad simile aliquid condendū. vt tandē sueuia nr̄a nō cōtenta alexandri doctrinis et cornuti: euoluet eos auctores. qui sint idonei lingue latine auctores. vt nemo post hac possit nobis obijcere barbariē. et adolescentes nostri instituti melioribus pceptoribus: et elegantioris sermonis dulcedine inescati eos auctores qui plus dedocent q̄ docent: penitus abijciant At ego siquid incautius indoctius q̄ protulerim: refutari a quouis cupio: refutaturus ipse me si fuero admonitus. nam nimis peruerse se ipsum amat: vt dicit augustinus ad marcellinū qui et alios vult errare vt error suus lateat &c.

Telos

Sequuntur Emendationes eorū que in prioribus impressorū inaduertentia contigerunt.

In hymno Jesus refulsit oīm vltimum carmē primi versus dragmatū nō dragmatū. Denum ter annorū lege parce nō per te. Deus creator oīm in penultimo versu lege inuidi. nō mundi. Lucis creator optime Penultimus versus ita debet legi Celorū pulset intimū non intiū. Cantemus cuncti male impressum vulgurum sed per f fulgurū. Jtem imber nō ymber sed nō est correctus a me q2 solutus est ꝛ sine metro. Ex more docti in scd̄o versu carmīe penultimo ponit̄ christus creauit vbi sacrauit esse debuit. Clarū decus ieiunij monstrat nō bene sed mōstratur. Crux fidelis in versu hic acetū fel in postremo carmine debet esse pontus nō pōdus. Crux fidelis. Sed quis nō rapidi luminis arduam Manantem q̄ deo non manentem. Jtem artis insticium triste tyrannice non inscitium post et mox vnda rapax vt voret impios non impius: post incipit carmen. Exundāt scatebris non exundat. Implet castra cibus tūc quoq̄ ningidus. nos habemus celitus: aliud melius. Jtem quā dat syderis christus ab ethere nō ab there. noctem cocilijs nō cōsilijs. Jtem lucem qua reliqua ōmia cernimus nō reliquem. Jtem o res digna deus quā tibi roscide nō quē De sancto georgio fere in vltimo habetur vallemus vbi debebat poni valeamus. Inuētor rutili. Quis innūero sydere vna dictio Viuax flāma viget seu caua non ceu. Moses nempe deum spinifero rubo non rubro poni debet. In inuentor rutili: psulcare vetas a vt resluo in salo nō legas sale. Ut false impressum. Jtē celi deus sanctis

sime: absterge sordes mentiū nō legas mensiū In salue festa p̄ leg. vilia sacra legas non vllia. Jam christ⁹ astra ascenderat de p̄ris ḡ nō da. itē post decorus nō decorās. Adesto sancta trinitas: in. 3. carmine habet qui vbi q̄ esse debuit. Sacris solennijs. vascu lis ponit vbi vasculū esse debuit. Uotiua cunctis orbita in tertio carmine ponit fernula p f vbi vernula esse debuit. Oq̄ glorifica in penultimo versu dicit Qui tecū nitida viuit in ethra nō ethera po ni pōt. Ceteri vates celebrāt p̄sidi hircanis: dz poni nō p̄sidi hic est verus christicola: celigenarū epulis debet poni non celi genarū due dictiōes: p̄la sunt in ametris forsan corrigēda vbi nō magnā posui operam: nec bene nisi diuinare quis ve lit: emedannda sunt

Eucharisticon. H. B. Justingēsis. Ad reuerendum in christo pa trem Joannem. Abbatem monasterij bebenhusen̄.

Q̄z cōuiua tibi fuerim venerabilis abbas
(Etsi me nunq̄ tali dignabar honore.)
Gaudeo: tractasti laute atq̄ humaniter ipse
Bebelium: fueras hilaris q̄z et frontis amene
Hic placuere sales: placuit facundia lingue
Seu romana velis fari: aut vernacula verba
In primis placuit tanti clementia patris
Ignotum que me tanto tractarit honore
Ergo ego si nequeo dignas persoluere grates
Dij dent incolumem tibi dij dent nestoris annos
Nec plus optandum est: a te nam cetera sumes
Non sunt ingrati vates: sed munera tantum
Illorum versus: sequitur quos fama perennis
Accipias igitur leta dignissime patrum
Fronte meos versus: munuscula parua dictis
Telos

Epitaphiū doctoris martini vranij prennynger vtriusq̄ iuris monarche editum per Henricum bebeliū Justingensem.

Huc qui carpis iter: sta paulum: chare viator
Atq̄ prius relegas hec monumenta: precor
Uranium nosces martinum claudier isto
Saxo: cui similem non habuistis aui
Hic patriam nostram decorauit laudibus amplis
Ingens teutonici fama decus q̄ soli
Qui consulta patrum: legum vel quicquid in orbe est
Nouerat: et magno cum cicerone loqui

Usq adeo: vt paulus merito vel sceuola possit
Teutonicus dici: sulpitius ue grauis
Cuius ob ingenium germania tota nitescit
Ingenio cuius cessit et italia
Immortalis erat: virtus si mortis ab ore
Eriperet quemuis: si sophie q nitor
At nec bellerophon pulcher: nec fortis achilles
Effugit nigras fatiferasq deas!
Et salomon sapiens lethi est tristissima passus
Classica: virtutem chare viator ama
Hec dat post obitum nomen venerabile mundo
Sola dat ethereos scandere posse thronos

Tetrastichicon de eodem

Antistes legum: et germane gloria terre
Martinus tumulo hoc clauditur vranius
Auspitio cuius meruit germania laudis
Galli quicquid habent Ausoniiq viri
Sepultus in hebenhusen familiarissimus Abbati dum vixit.

De obitu eiusdē et fragilitate humana.

Ad reuerendum in christo patrem. Joānem Abbatem monasterii hebenhusen̄ epigrāma. H. B. J.

Aspice Joannes patrū celeberrime: quicquid
Nobile mundus habet q̄ cito depereat
Aspice q̄ volucris sit mundi gloria: q̄ sit
Spes hominum fallax viuere posse diu
Quandoquidem vranius nostro clarissimus euo
Concidit ante diem: nec reuocandus abit
Qui bonus et prudens fuerat: qui nouerat vnus
Quicquid legiferi philosophiq docent
Desine qua ꝓpter vllis homo fidere rebus
Nec speres longos viuere posse dies
Nam si mane rubes: marcebis vespere forsan
Lilia ceu campi florigerum q decus
At vixisse diu nil prodest: viuere mundo
Mors q dicenda est: exilium q graue
Jactamur curis et sollicitudine multa
Tristibus hec lachrymis vallis amara scatet
Ut post exilium presens post mille labores
Afflicti in patriam scandere iure queant
Hic vbi felices tandem sine fine triumphant
Ad quam nos omnes duc bone christe: precor

Telos

Elegia extemporalis H. B. In mortem nobilis et prestātissimi viri hartmanni de eptingen Canonici Basiliensis. 1500.

Plangite pyerides nunc mecum plangite muse
Et tristi plangat flauus apollo lyra
Ille etenim hartmannus vestris depastus in hortis
Qui coluit vates fouit et vsqꝫ pios
Concidit et tepidi factus iam preda sepulchri
Ah miseris nobis qualis amicus erat
Hic mihi mecenas fuit hic spes vnica vati
Ille parens alter totus amicus erat.
Quem semel aspicerē soleo liquisse sueuos
Sole sub ardenti raurica tecta petens
At simul vt fessum vatem basilea recepit
Inuenio dominū mortis adisse viam
Oh ego quos gemitus que nam suspiria mixtis
Cum lachrymis dederam: fletibus ora rigans
Atqꝫ fidem mox inclamaui hoīm qꝫ deum qꝫ
Insultans morti mortifere qꝫ dee
Immansueta cohors: quid vos iniustius inqꝫ
Quas resecare iuuat nobile quicquid erit
Nam si virtutes queqꝫ fecisse perennem
Atqꝫ animus posset fortis et egregius
O parce imites nunqꝫ disrumpere fila
In manibus vestris tam licuisset enim
Sed frustra querimur: nunqꝫ lamenta dolores
Tollunt: et rident nescia vota dee
At mihi dilectus si quid deliquit amicus
Impetra veniam virgo sacrata poli
Nam si tu a nobis oculos auerteris eheu
Occidimus miseri nec medicina subest

Epitaphiū eiusdē hartmāni

Eptingense genus iacet hac hartmannus in vrna
Nobilitatis honos cecropie qꝫ dee
Si quem virtutes si quē doctissima pallas
Cum probitate pium ducere ad astra solent
Illius ad supos erit acceptissimus omnes
Aduentus: faueas cui pia virgo poli
Ex basilea. 1500. festo Magdalene

Finis

Ad magnificum et generosum: franciscũ comitem de zollern Adolescentem et nobilissimum et doctissimum epigramma Henrici Bebelij iustingensis sueui.

Tu qui de zollern insignia nomia gestas
Sueuorum specimen: o generose comes
Francisce immensum volitat tua fama per orbem
Sub teneris annis: mollibus atq; genis
Qr sudorificum cum docto helicone solonem
Et sapias quicquid flaua minerua docet
Usq; adeo: vt nulli diceris iure secundus
Sit comes: aut quisquis nobilitate viget
Qualis eris post hac: o quanta laude parentes
Lustrabis q; domũ: vel genus omne tuum
Quamuis sit genitor toto notissimus orbe
Uiribus: eloquio: martigenaq; manu
Atq; tuus presul: quo nil sapientius vsq;
Iustius aut melius phebus in orbe videt
Quid referam patruos: et auite nomina gentis
Laudibus insignes militia q; graues
Quos omnes vinces: modo det tibi iuppiter annos
Et fuerint vite stamina longa tue
Hec tua me virtus pepulit tibi mittere nostras
Diuitias: versus castaliosq; modos
Nouero si te non caperata fronte minuta
Nostra hec tractantem: post modo plura dabo
Telos

Ad eundem Franciscum comitem de zollern generosissimum epistola. H. B.

Si vt est a veteribus memorie proditũ: Comes generosissime: eos etiam quos nunq; viderimus: pter eorũ admirabiles virtutes amare soleam⁹: iustissime ab me factũ arbitror: si tibi nobilissimo simul et doctissimo adolescenti: adhuc nõ nisi fama cognito: meas rudes et inconditas ofellas et pmitias missitare sum aggressus: q ea te fama comitetur: vt supra etatẽ sapias: nec quisq; equalium tuorũ nisi longo interuallo tibi secundus dari possit: ingenio eloquio cultissima q; eruditione: quadã igit admiratione et obseruãtia tui duct⁹ volui chartaceo aliquo pyerioq; munere te mihi demereri sperãs in h facturũ me tibi rem gratissimã. scripsi igit quasdam paucas annotatiunculas in mãmetractũ: cuius auctor mihi

ignotus est. Et sub tui nominis vexillo in lucē edere placuit. vt tu-
um clientem a garrula illoꝝ mussitatōe defensares: q̇ nihil vnq̄ nisi
si protritū et conculcatū legerūt: Et dum bona imitari nō queunt
quod solū facere possūt: inuident: quos tn̄ oēs nō assis faciam: nec
vnq̄ manu cōserta in ius trabam: qꝛ nostra non legant: nō eīn tare-
tinos: consentinos et sicalos volo: vt lucilius: esse lectores mearū
rerū: sed romanos et plane latinos: qui laborantiū nouere sudorē
vel lassis manū porrigere vel errantibus iter ostendere: q̄ si qui fu-
turi sunt: qui me partim arrogantem: partim temerariū dicant. q̄
ego adhuc adolescens: velim emendare vel mutare: ea que iā mul-
tis seculis ab eruditis simul ⁊ indoctis cōsono ore vel prolata sunt
vel scripta: vel interpretata: quod q̄ iamdiu vsurpet ac teneat fere
vbiq̄ romana ecclesia: protinus respondebo verbis illis quibus
se quondam diuus hieronymus aduersum suos detractores tue-
batur. Ad marcellam sic scribens: ad me perlatū est quosdā homu-
culos mihi studiose detrahere: cur aduersus auctoritatē veterum
et totius mundi opiniōem: aliqua in sacris litteris emendare tem-
ptauerim: quos ego cum possem meo iure contemnere: asino quip-
pe lyra superflue canit: tn̄ ne nos superbie: vt facere solent: arguāt:
ita rn̄sum habeant: nō adeo hebetis fuisse me cordis: et tam crasse
rusticitatis: quam illi solā p̄ sanctitate habent: piscatorū se disci-
pulos asserentes: quasi iccirco sancti sint. si nihil scierint: vt aliq̄d
de dominicis verbis: aut corrigendū putauerim: aut nō diuinit⁹
inspiratū: sed latinorū codicū vitiositatē: que ex diuersitate libroꝝ
oīm cōprobat: ad grecā originē vnde et ipsi translatā nō denegāt
voluisse reuocare: quibus si displicet fontis vnda purissimi ceno-
sos riuulos bibant. Ita et ego faciam: quicq̄d vl̄ a p̄sumptorib⁹ vt
ita loquar imperitis emendata peruersius: vel a librarijs dormitan-
tibus: vel a vitiosis interpretatoribus aut corrupta sunt: aut mu-
tata: corrigam non reprehendam: corrigenda enim sunt peccata
non reprehenda: nec detrahit qui verum dicit vt idem Hierony-
mus testis est: Cum igitur nuper tumultuaria ⁊ breui lectione per-
lustrassem māmetractū: pluraq̄ offendissem vel male interpretata
vel male et p̄uerse scripta quo ad orthographiam vel male enūcia-
ta quo ad p̄sodiam: volui hic p̄ua hec annotamēta subijcere: ne di-
uinoꝝ eloquiorū tractatores: huic nimis addicti: in multos erro-
res p̄cipitarent essentq̄ doctis ridiculo ⁊c̄. nō aūt tibi persuadeas
vt rumusculos vulgi aucupari studuerim me scripsisse hec: sed vt
sueuigenis scholasticis q̄bus ego in primis bn̄ faueo et merito: ad
politiora studia adipiscenda aliquid adiumenti cōferrem: te autē
gn̄osissime comes francisce huic op̄i p̄ronū adhibui: ⁊ iudicē vt ab

omnibus detractoribus et blacteronibus tuteris tibi deditissimum. Vale et me ama. Ex thübingen. 16. kl'as maias Anno. 1505.

Sequuntur annotationes et emendationes H. B. in mamertractum.

Mamertractus: exenia id est dona de longe missa ab e et xenos quod est peregrinum: et dicitur hoc exenium: ecclesiastici. 2.

Bebelius: xenia dicendum est non exenia: ut ubique apud grecos leges et in penultimo libro marcialis poete: ubi multa de xeniis dicitur. item et vitruuius li. 6. de architectura. dicuntur autem xenia: munera hospitalia: xenos hospes: xenicon hospitium latine dicitur: hic obiter nota quod corrupte legantur et corruptius interpretata sint verba quedam in decretis. 23. q. viij. c. tributum ubi ita legitur: sancimus res ad venerabiles ecclesias vel xenones monasteria vel pototrochia vel bephotrophia pertinentes vel orphanotrophia vel hierothoconia etc. corruptissime glossator interpretatur dicens: xenodochium est locus venerabilis, ubi pauperes peregrini recipiuntur: pothotrochium est locus ubi pauperes pascuntur: bephotrophium est locus ubi senes et valitudinarii: et propter senectutem solam infirmi homines curantur: orphanotrophium: est locus venerabilis: in quo pueri parentibus orbati pascuntur: hirothocomium est locus in quo infantes pauperum aluntur: Tu ita leges: xenodochia ptochodochia: brephotrophia: orphanotrophia: hierocomia. Et ita interpreteris: xenodochium in singulari est locus publicus: quo peregrini et hospites hospitaliter recipiuntur: xenos enim hospes dicitur et docheion receptaculum: ptochodochium dicitur vulgo hospitale mendicorum ptochos enim mendicus dicitur: et dochium domus vel receptaculum: brephotrophium dicitur vulgo hospitale infantium: et pullorum qui exponuntur et expositi sunt a parentibus quale est apud ulmenses iuxta phanum omnium sanctorum Brephos enim infans latine dicitur et trophe educatio: orphanotrophia dicuntur vulgo hospitalia pupillorum et eorum qui utroque parente orbati sunt orphanus enim pupillus dicitur et trophe educatio: hierocomium autem latine dicitur domus vel villa leprosorum: hiera enim latine lepra dicitur et come villa etc. vide quantum erratum sit et in pronunciatione et expositione etc.

Mamme. agyos ab a quod est sine: et geos quod est terra. i. sanctus sine terrenorum amore. in hymno Conditor alme siderum.

Bebel. Agios cum i simplici scribitur. et valet latine sanctus non autem dicitur ab a et geos quod est terra sicut dicit mamertractus: sed per se nomen est et simplex: Ge enim quod grece terra significat scribitur cum e longa agios cum i et eodem breui: dignum hic etiam duxi interpretari studiosis Illa greca verba que canuntur in sacro ieiuniorum tempore: agios otheos Agios ischyros agios athanatos. eleyson ymas. Agios id est sanctus: o tantum articulus est theos. i. deus inde theologus per th aspiratum dicitur quasi loquens de deo: ischyros ultima acuta legendum est et scribitur cum i

latino in principio et cum y greco in medio ꝛ ch aspirato: et latine dicitur fortis vel grauis: Athanatos legat accentu cadente super añpenultima: scribatur in principio cũ th aspirato ꝛ in fine t exili ꝛ dr latine i mortalis ab a. i. sine et thanatos mors quasi sine morte eleyson id est miserari: ymas. i. nos: ꝛ eleyson debet esse quatuor syllabarum accentu cadente super penultima: Et est imperatiuus a verbo greco eleo quod misereor ꝛc. vnde cõtra sniam meam nup expressam: scripsit mihi nuper ioãnes reuchlin phorcẽsis homo greci hebraici: et latini sermonis eruditissim⁹ debere legi kyrie eleyson per duas integras dictiones: cuius sententie etsi ego suffragor et que probata esse videatur. Sed alterum tolerare posse ex hoc reor: q sicut etiam tempore diui hieronymi dicebatur osanna cum dicendũ esset osianna hieronymus q nõ repugnaret omnino: vt est in epla ad damasum: ita simili modo hoc admittri posse existimo ꝛc.

Mamme. Biothanatus penultima pducta. i. bis mortuus a bis et thanatos qd est mortale: in legenda geruasij et protasij.

Bebel. Biothanatus id est per violentiã mortuus: et dicit nõ a bis sed a bia qd est violẽtia: et thanatos mors: inde biothanata mors id est mors violẽta: ꝛ penultima nõ pducit sȝ añpenultia sicut etiã athanatos sicut supra dixim⁹: Dicunt biothanati viri vel biothanate mulieres q per vim ꝛ violentiã mortem obierunt.

Mamme. Proselicus vel proselitus pe. cor. dicitur aduena et incircũcisus a pros qd est ad et elico qd est venio: in prologo biblie.

Bebel. Proselytus dicim⁹ in penultima cũ y greco ꝛ postea t exili nõ aũt proselicus per c vt hic dicit: ꝛ valet latine aduena vel peregrinus: nõ autem dicit ab ad et elico vt indocte tradit ille: sed potius nomẽ grecũ per se. At non multum dubito: quicquid hic repeRiatur in hoc mãmetracto cuius auctor mihi est ignotus. hoc idem reperiri apud catholicon: huguitionem papiam Grecistam Jsidorum: qui omnes multas tenebras infuderunt in linguam latinam suis ineptis expositionibus et interpretationibus: nec hoc mirum: floruerũt eñ illi temporibus qñ lingua latina oino cõtaminata fuit per influxiõem gotthorũ et vandalorum: greci aũt sermonis nulla erat cura nedum peritia: sed multa sunt vocabula greca in sacris biblijs vnde facile potuerũt decipi queniã nulla ē littera latina noui testamenti vt dicit laurentius intellige latine edita pmo: quod non intelligens antonius mancinellus magno errore lapsus est: nam cum de erroribus valle dissertaret: posuit hunc errorem: vt laurentius vellet: nullam esse latinam et elegantem orationem in nouo instrumento: quod fuit a sententia valle alienissimum valla enim inter cetera dicit: sed tantũmodo ecclesiastici predertim

imitati grecos auctores vnde interpretantur: post addit: nulla est enim littera latina noui testamenti nisi per translatõem hieronymi et aliorum: nam quicquid est in nouo testamento grece scriptum est non latine: sicut paulus epistolas grece scripsit sicut euangeliste.

Mamme. Lampas lampadis vel hec lampada. e. lucerna est de vitro in prologo bib.

Bebel. Lampas lampadis vel lampados in genitiuo latine valet fax teste plinio vel vt dicit raphael regius: gñale est vocabulũ omnium eorum que accensa lucẽt: lampada autem lampade in prima declinatiõe nunq̃ inueni apud quẽq̃ sed lampadion grece que est parua lampas nam est diminutiuum grecum a lampas. in prologo biblie.

Mãme. Vulgares aũt magum appellant sapientem a magnitudine scientie.

Bebel. Non vulgares sed sapientes hoc dicunt; sed vulgares magum ꝓ malefico accipiũt: vt superius diximus in hymno hostis herodes sed nõ dr a magnitudine scie; qm̃ persicũ ẽ vocabulũ nõ latinũ Legitur in prologo iob. q si cui videtur incredulum metra scilicet esse apud hebreos: ⁊ in more nr̃i flacci gracci q pindari ⁊c. vbi sele gitur gracci: tu legas greci nõ gracci. prius eñ dixit nostri flacci. i. horatij latini: nostri eñ qd dicit vult intelligere latinũ; greci q pindari pindarus eñ grecus fuit et optimus lyricorũ: sed horatius apud latinos primus lyrica scripsit. nec graccus esse põt ꝓpriũ nomen nã nemo poetarũ grecorũ graccus vnq̃ dictus fuit. Gracchi aũt romani ciues fuerũt clarissimi oratores nõ poete nedũ lyrici: legitur item in prologo bibliorũ: ad titũ liuium lacteo eloquẽtie fonte manantẽ ⁊c. vbi falso manent em impressuz ferme est in oĩbus exemplaribus

Mamme. Josephus media correpta in prologo bi.

Bebe. Josephus mediam producit vnde iuuencus poeta vrgetur monitus mariã puerũ q iosephus: testis est etiam priscianus: qui dicit noĩa barbara acutũ in fine accentũ detinẽtia: more latino declinata accentũ ipm acutũ retinent: et penultimã ꝓducunt syllabã vt ab adam adamus a ioseph iosephus ab abraham abrahamus ⁊c.

Mãme. Hec baselica ce. penultima cor. dicit domus regis a baseleos quod est rex vel imperator in prolo. bib.

Bebel. Basilica ꝑ i nõ baselica: ꝓprie significat locũ in quo negociationes ⁊ cõsilia ⁊ iudicia exercebant dicta basilica quasi regia: nã ⁊ publicus ⁊ regius locus erat: in quo et aliqñ cõuiuia maxima saltatiões et ludi fiebant: nã et basileus regem latine sonat: Apud ecclisiasticos aũt basilice dicunt sacella numinibus cõsecrata: inde ba

Alicani dicunt custodes basilicarum apud augustinum et orosium quos vulgus cãpanatores vocat.
Mam. Moyses a moy. qd est aqua et ses qd est assũptio in plo. bib.
Bebel. Fatua est hec interptatio et nihil valens: hebraica est hec dictio: Et ita iterptat a diuo hieronymo in hebraicis noibus. moyses vel mases dr attractans vel palpãs: aut sumpt[9] ex aq siue assũptio: et in hymno. Inuentor rutili psa de hoc noie dixi.
Mam. Adamantinus. pe. pro: in prolopo biblie.
Bebel. Adamantinus penultima correpta: propertius Colchis flagrãtes adamantina sub iuga thauros. Horatius primo carminum. Quis martem tunica tectum adamantina &c.
Mam. Epithome hui[9] mes. pe pro dr abbreuiatio. ab epi qd est supra et thomos qd est sectio vel diuisio in prologo biblie.
Bebel. Epitome vel epitoma t exili scribit et corripit penultimam qr per omicron. i. o paruũ et breue scribitur Et latine iterpretatur breuiariũ vel abbreuiatio. Et dicit a tome qd est sectio vl incisio. Tomon eñi greci appellant pticulas librorum abscissas &c.
Mam. hoc epithalamiũ ab epi qd est supra et thalam[9] qd e camera
Bebel. Epithalamion dr carmẽ nuptiale: et sacer hymnus q in sponsalitijs viri et vxoris canebat: Et lz nõ rephẽdã mãmetracti iterptatõem: tñ i h male dic thalam[9] qd e camera aliud ei e thalam[9] p th aspiratũ: aliud camera. Thalam[9] est cõiugis vtriusq cubiculũ. Camera aũt e testudo et lacunar psq supior cubiculi nõ totũ cubiculũ.
Mam. hec energia pe pro: dr interior opatio siue labor ab en qd est in et erge quod est operatio siue labor in prologo bib.
Bebel. verũ est: energia penultimã pducit qr p ei dyphthongũ scribit sed potius dr ab energeo greco verbo qd est ago et opor Tulli[9] lib. j. academicarũ questionũ ita interpretat energian grece: latine dici per spicuitatẽ aut euidentiã. Et quintilian[9] li. 8. institutionũ oratoriarũ: eodẽ quasi modo. Eschines etiã nomen clarissimi oratoris media est producta nõ cor. vt dicit mamme.
Mam. apocryphus dr ab apo qd est de et cryphos secretũ i plo. bi.
Bebel. apocryphus cũ y greco in penultima dici põt absconditus vel abditus et cõponit ab apo ppositiõe que remerageret: et crypto. i. abscondo: vnde opera dicunt apocrypha hoc est absconsa: hoc est dubia et non recepta.
Mam. hic heremus media correpta est desertum in prolo. bib.
Beb. hec eremus dicim[9] et media pducta vt dicim[9] in hymno in
Mã. Hic et hec geometra tre. dr mensurator terre et h (uentor &c.
geometer tri et vtrũq scdm vsũ cõmunẽ pro: penultimã et põt dici cõponi: a ge qd est terra: et metior iris qd producit primã et nona

metros quod est mensura quod p̄mā corripit vnde versus Grā/maticus rhetor geometer pictor aliptes in prologo bib.
Hebel geometria dicit̃ quasi geas. i. terre et metros mensura quasi mēsuratio terre inde geometra dicit̃ mensurator terre nō aūt dicit̃ a metior metiri ꝛc. penultima em̄ nō ꝓducit̃ vt hic dicit ſ3 corripitur vnde legi d3 carmē iuuenalis satyra. 3. Grammaticus rhetor geometra pictor aliptes nō geometres vl' geometer geometra em̄ ꝓma ꝛ scd̄a sillaba nō possunt breuiari cū prima per ei dyphthōgū scribat̃ secūda cū o longo: multa igit̃ incōuenientia sequerent̃: legas igit̃ geometra pe. breui nō longa sed ꝙ hic allegat vsum intelligit abusionem et corruptelā imperitorum.
Mam. hec arismetrica ab ares quod est v̄tus et richimos quod est numerus antiqui dicebāt arithmetica pe. semper cor.
Heb. Arithmetica dicendū est nō arismetrica. Et dicit̃ ab arithmos. i. numerus q2 est scīa de nūeratōe: nō aūt dicitur arismetrica ab ares. i. virt᷒: Arete virtus dicit̃ nō ares: Are aūt areos mars dicitur inde areopag᷒ quasi areos hoc est martis pagus. i. villa vt dicit diuus hieronymus in interp̄tationibus hebraicis nō aūt ab ares quod est virtus sicut interpretatur māme. in alio loco.
Mam. Hic cento onis: est punctus siue punctatio: virgiliocēto est cōpilatio facta de versibus virgilij sic etiā homericentones. ꝛc.
Heb. Cento fit ex diuersoꝝ coloꝝ pannis vel lanis in vnū cōdensatis. Et ausoni᷒ poeta argutissimus in suo centone ita dicit. Cento q̄d sit ipse absoluā: varijs de locis sensibusq3 diuersis quedā carminis structura solidat̃ in vnū versum vt coeant aut cesi duo: aut vn᷒ et sequēs cū medio: nā duos iunctim locare ineptū est ꝛc. inde virgiliocentones ꝛc. Et tm̄ de prologo bibliorū nunc sequuntur sine ordine alia vocabula.
Mam. Barrabas media correpta per duplex r ꝛ simplex. b.
Heb. Cōtrario mō scribit̃ simplici r ꝛ duplici b: ꝛ media producta vn̄ seduli᷒ Tūc coluere babal: tūc elegere barabbā: Nā vt dic̄ hieronymus in hebraicis noībus syrū est vocabulū: et valet tm̄ quantū apud nos fili᷒ p̄ris ex bar. q̄d apud illos est filius et abba pater.
Mam. Mutuo vult dantem sed mutuor accipientem.
Heb. Mutuor et mutuo idem significant vt dicit priscianus lib. 8. de significatiōe verboꝝ ꝛc. hoc verū esse probat seneca ep̄la. 82. dicens q̄to hilarior est q̄ soluit q̄m q̄ mutuat id est mutuū accipit.
Mam. Lictores sūt ij qui damnatos scd̄m legem occidebāt: vel ad mandatum iudicis puniebāt et dicitur lictor quasi legis ictor. Et in alio loco lictor etiā dicitur leccator a lingo: ezechielis. 39.
Heb. lictor nō d̄r q̄si legis ictor ſ3 a ligādo vt dic̄ valgius ruffus

⁊ aulus gellius lib. xj. c. 3. lictores igit ministri sunt magistratuum: qd cū magistratus populi romani. virgis quēpiā verberari iussis‑sent: crura ei⁹ et manus ligari vincirique a viatore hoc est lictore so‑lita sint: hos vulgus indoctū apud nos pcones vocat: Sed tyro tullius M. ciceronis libertus. lictorē vel a lino vel litio dictū scri‑psit: licio enī transuerso. qd liniū appellatur. qui magistratibus, in‑quit preministrabant cincti erant plutarchus vt grec⁹ a greco ver‑bo deriuari contendit: sed hec iam dicta nō displicent. q aūt mā‑metractus addit lictor dicit leccator nō est latinus sed sarmata et barbarus: nemo enī vnq latinus dixit leccator:
Mam. Pretor oris media correpta est prepositus ciuitatis.
Beb. Pretoris pducit nō corripit mediā: Juuenalis satyra prima nobiscū da pretori da deinde tribuno Et idē in octaua: nec dubi‑tant celsi pretoris vendere ludis: ⁊ pretores dicti sunt oēs qui pre‑sunt exercitui vt dicit asconius pedianus. Et sic dicti q preirent ⁊ anteirent iure in exercitu vt dicit varro nō aūt inuenio q dicat prepositus ciuitatis.
Mamme. Hec zizania oz. p. n. pe. cor sed zizania e f g pe producit vnde versus. Sin zizania sed plu zizania dicas.
Beb. Hec zizania fe. g. et hoc zizaniū n. g. et singularis etiā nume‑ri declinari pōt hieronym⁹ zizaniū mixtū est tritico: sed penultima breuis est vtrobique: nec vera est stultissima illa differentia quantita‑tis syllabarum ⁊c.
Mam. Inedia. i. penuria. ⁊ iob. 18. inedia. i. paupertas.
Beb. Video apud plerosque nostros inediam accipi pro pauperta‑te sed male inedia enī nihil aliud est q abstinentia cibi vnde siue qs diues fuerit siue pauper dum abstinuerit a cibo. inediā dz pati hie‑ronymus in epla ad marcellam de laudibus aselle: ieiuniū pro lu‑do habuit inediā pro refectione. Et idē de vita monachorū bidui triduique inediam sustinentes: vnde plinius naturalis historie li. xj. scribit q inedia an diem septimū non est homini letalis: idē auctor est plerosque durasse vltra. xj. diem Et albertus magnus libro de aīalibus. vij. feminā fuisse. que sine cibo dies interdū. xx. interdū. xxx. durabat. viruque quoque melancholicū idē se vidisse testatur. q ine‑dia hoc est cibi abstinentia septem vixerit septimanas alternis tm̄ diebus gustum aque limpide exorbentem et preterea nihil
Mam. Annona media pro esca est et alimonia. esdre. 7.
Beb. Annona ab anno deducit sed nō est simplr esca vt hic dicitur sed annona dicit prouentus frugū vnius anni ⁊c.
Mam. lithostratos a lithos qd est lapis et stratos qd est variatio.
Beb. Lithostrotos in penultima nō cū a sed o longo scribit ⁊ nū‑

ciari debet scribitur enim p omega hoc est o longum. Et dicit pauimentū lapidibus stratū Et cōponit a lithos quod est lapis & strotos id est stratus nec dicas licostratos vt barbari faciunt &c.
Mā. Apocalipsis dr ab apo qd est re. & calipsis. i. velatio inde apo
Beb: Apocalypsis in penultima cū y greco scribit. Et (calipsis cōponit ab apo qd est re & calypto qd est velo operio vel tego non calypsis inde apocalypsis dr reuelatio et liber reuelationum.
Mam. poderis media correpta et dicit a pos podos quod est pes.
Beb. poderis media longa est non breuis: vt licet intueri in grecis līis p ita enim qd in e longū cōuertit apud latinos scribit. & est vestis teste hieronymo ad fabiolā. talaris hoc ē vsqz ad pedes ptingens. q vtūt sacerdotes p camisia in diuinis vt barbare loquar. Est enim camisia barbarū nomē et vulgare vt in eodē loco hieronym⁹ dicit.
Mam. Miseror aris deponēs est & transitiuū & ad deū ptinet: sed misereor eris ad hoiem spectat cū dtō In hymno. Ecce iam noctz
Beb. Seruius primo eneidos. dicit idez est miseror & misereor sz alterū scilicet miseror regit actm̄. virgilius miserata dolores. alterū miseor gtm̄. nota hic dixisse seruiū: misereor regit gtm̄ nō dtm̄ sicut tu dicis q si etiā priscianus dixerit regere dtm̄ viderit ipse pducat ipse exēplū vbi īuenerit apud idoneū aliquē auctorē: q aūt regat genitiuū plima sunt exempla dido virgiliana in quarto dicit miserere sororis Et plautus in captiuis. neminis misereri certū est & plura alia: sic multo absurdior est differentia inter illa duo verba quā dat mame. nam quottidie legimus misereri mei deus: vbi misereri est nō ab hoiem sed ad deum. Item miseror nō est tm̄ ad deum. sed ad homines. virgilius in enei. nec minus eneas casu pculsus iniquo. per sequitur lachrymans & est miseratus euntem festus tū illā ponit dr̄iam inter miseror & misereor. vt misereret qui cōquerat aliena incōmoda misereat aūt a misereor qui miserū subleuet. sed nonius aliam: sed hec differentia cōfundit apud idoneos &c.
Mam. Parapsis a par et absida quasi paribus absidis. i. lateribus
Beb. O q̄z friuola et inepta interpretatio. primo dicendū est paropsis non parapsis. Et cōponit a para. i. ad et opson. i. cibum teste nestore dionysio. mancinello et georgio merula. Et est pprie paropsis iuris genus auctoribus polluce et eustachio q̄z etiā sicut et in euangelio p repositorio obsoniorū apud idoneos tam grecos q̄z
Mam. Parasitis. i. leccatoribus a para qd est iu (latinos legat xta et sitos venter. in legenda agnetis.
Beb. Leccator nō est latinū At parasitus dicit q̄ mensas diuitum sequit cibi q̄z grā oīa laudat toleratqz. Et dicit a para. i. ad & siton cibus: sitos vero frumentū est nō venter vt ille dicit: fuit autē hoc

nomē p̄mū in honore: vtpote q̄ sacro misterio addictus esset ꝛc.
Mam. Pluraliter hec anaglyfa orum dicunt̄ sup eminentes picture pe. semper pro. ab a na quod est super ꝛ glyfen quod est sculpere
Item anaglyfa dicunt̄ vasa superius sculpta. 3. regum. 6.
Beb. Anaglyphon vt apud nos anaglyphū in singulari dr. et anaglypha in plāli scribit̄ cū y greco in penultima et ph nō f vt vulgo putat̄ Et anaglypha nil aliud significāt nisi supius sculpta ab ana p̄ sup indicat: et glypto. i. sculpo: nō glyfen vt hic dicit.
Mam. mausoleo pe. pro. i. sepulchro. n. g. in plogo sup abdiam.
Beb. hec est frigidiuscula expositio: vñ em̄ est q̄ mausoleū dicit̄ sepulchrū id qd̄ in p̄mis necesse erat dicere q̄uis p̄ciosa tm̄ ꝛ sūptuosa q̄le fuit mausoli regis sepulchra dicant̄ mausolea. Cōsule igit̄ p̄ter ceteros diuū hieronymū q̄ graphice rē explicat ꝯtra iouinianū. li. j. c. 27. dicens. Arthemisia quoq3 vxor mausoli insignis pudicicie fuisse phibet̄: q̄ cū esset regina carie: et nobiliū poetaꝝ atq3 historicoꝝ laudibus predicet̄ in hoc vel maxime effert̄. q̄ defunctū maritū sic semp amauit: vt viuū: ꝛ mire magnitudinis ac pulchritudinis extruxit sepulchꝝ in tantū: vt vsq3 hodie oīa sepulchra preciosa ex noīe eius mausolea nūcupent̄: vñ et ꝓpertius dicit. Et mausolei diues fortuna sepulchri: et aliȷ̄.
Mam. Hic tragelaphus pe. cor. est hircoceruus a tracos quod est hircus ꝛ laphus. i. ceruus: deutro. j4.
Beb. tragelaph⁹ accētu acuto in an̄penultīa nō ē hircoceruus sed animal hirco ꝛ ceruo sīle. vel vt plini⁹ dicit in. viȷ̄. naturalis hi: species est cerui: barba tm̄ et armoꝝ villo ab aliȷ̄s distās: nec alibi q̄3 iuxta phasim amnē nascens Et est compositū ex tragos. i. hircus et elaphos. i. ceruus.
Mā. in lechito me. pro. h̄ lechit⁹ ti est vas amplū de aurichalco. 3. regū. j7.
Bebe. lecythus scribit̄ cū cexili y greco ꝛ th aspirato
Et est ge. fe. nō m. testis est aristophanes in plutōe et ioannes crastonus Et cicero li. 6. eplarum ad atticū: nosti illas lecythus ꝛc. itē lecythus corripit mediā nō ꝓducit vt tradit hic noster et alexāder gallus: testis est homer⁹ odissee li. 8. vt allegat crastonus et aliȷ̄: lecythus aūt grece: vas oleariū latine dicit̄ nō vas de aurichalco. Diuus cyprian⁹: lecython interp̄tatus est capsacem: apulei⁹ li. 2. floridoꝝ. ampullā oleariā appellat quā grece dicim⁹ lecython.
Mam. apofereta pe. pro. vasa a ferendo poma vel aliud: dicta ab apo quod est a et fero fers: in legenda vitalis et agricole.
Beb. Apophereta p ph nō f in scd̄a syllaba vsurpauit suetoni⁹ trāquillus p muneribus: q̄ ab impatore ciuibus remittebant̄. Sunt igit̄ apophoreta nō vasa vt hic dicit: sed munera saturnalitia et p̄

p̄tic illa: que p̄ renijs remittunt: vnde et marcialis nouissimū librū apophereta inscripsit: dicuntur aūt apophereta nō a po et fero sed ab apophorin quod est referre.
Mam. Sabbatū dr̄ tota septimana dies septim⁹ et q̄libet dies septi.
Beb. Sabbatū vt dicit lactantius li. 7. c. 14. (mane matthei. 28.
in lingua hebreoꝝ a nūmero nomē accipit et est di es septim⁹: nam eoꝝ lingua vt aiūt sabe septē significat h̄ idē vult iustinus historic⁹ li. 36. q̄ scribit moysen ab egypto cū suis pulsū sacra egyptioꝝ furto abstulisse: itaq̄ damascena antiq̄ patria repetita montē sineū occupasse: in quo septē dieꝝ ieiunio p̄ deserta arabie cū pp̄lo suo fatigat⁹: cū tandē venisset septimū dieꝝ more gentis sabbatū appellatū in oē euū ieiunio sacrauit Alij dicūt sabbatū hebraice: latine requiem iterp̄tari: eo q̄ deus requieuisset in eo ab oībus opibus suis &c.
Mam. Perichelidas pe. cor. ornamentū brachioꝝ a p̄te posteriori pendēs: vñ dr̄ a peri qd̄ ē circū et chelis brachiū vel achelon qd̄ est curuū vel crus siue brachiū hec perichelis lidis: antiq̄ scribebant
Beb. Latini et eruditi dicūt periscelis: (periscelida e Esaie. 3.
indocti aūt et barbari perichelis vl̄ perichelida e et nō est ornamētū brachioꝝ vt hic dicit s3 crurū Audi nostrū hieronymū Ad fabiolā periscele grece a nr̄is femialia vel braceq̄ vsq̄ ad genua p̄tingētes dicunt. sic etiā porphyrio n̄ pessim⁹ grāmatic⁹ dicit piscelis ornamētū est pedis circa crura. vñ horatius i ep̄la ad sceuā: nota refert meretricis acumina: sepe catellā sepe periscelidē &c nec cōponit a chelis. i. brachium sed a scelos. i. crus &c.
Mā. Scenophegia pe. cor. i. festū tabernaculoꝝ. a scenos vl̄ scenō qd̄ est vmbra et fagin qd̄ est comedere q2 comededebāt sub salicib9
Beb. Scenopegia dicūt greci: Latini aspiratōem (ioannis. 7.
addiderūt et dicūt scenophegia et est n. ge. Est et illa celebritas hebreorū quā sub tentorijs in solitudine celebrarūt liberati p̄ mosen de s̄uitute egyptiaca. Dicit itaq̄ a scenos qd̄ est habitatio et tabernaculū: et pegnymi greco verbo qd̄ est figo vel cōglutino: q̄si celebritas illa qua figebant sua tentoria et tabernacula.
Agios cum i latino scribitur vt paulo ante dixi q̄uis in hymno: Conditor alme &c. Yriū dixerim sed deceptus ex incuria fui.
Mā. Paranymphus. i. nuptiaꝝ p̄curator siue custos sponse a para quod est iuxta et nympha quod est aqua qua sepe sponsa vtitur.
Bebel. Paranymphus cum y greco in penultima est ille qui ab ecclesiasticis viris pronubus dicitur: a veteribus autem auspex: nā quia antiqui pro nuptijs celebrandis auspicium capesso̅ebant: qui preerat huic rei pro parte viri panymphus a p̄scis auspex dicebatur: vt lucanus in scd̄o. Contenta est auspite beato. Et vt auspex:

pro parte viri sic et pronuba pro parte mulieris adhibebatur. ita
quum apud christianos auspicia minime captent adhibent sacerdo
tes qui et pronubi iam vocantur dicit aũt paranymphus a para ꝛ
nymphe quod est sponsa: mamme. deliramenta dicit.
Mam. Hic arrabo onis dicit pign⁹ ab arrabon quod est pignus
grece ꝛ producit mediã in rectis ꝛ penultimã in obliquis Unñ vers⁹
Pars arrabo venit precij dum res bona venit: Genesis. 38.
Beb. Nestor dyonisius pcipit scribi arrhabo per vltimũ r aspira-
tum vnde varro de lingua latina arrhabo sic dicta vt reliquũ red-
datur nõ est aũt idẽ arrhabo et pignus vt hic dicit: sed diuus hie-
ronymus sup epla ad ephesios hanc ponit differentiã. Arrhabo fu
ture emptioni quasi quoddã testimoniũ et obligamentũ datur: pi-
gnus vero p mutua pecunia opponit: nõ nulli arra dicunt: Arrha
bo aũt nõ producit mediã: sed in obliquis penultimam.
Mam. Stadiũ a stando: est octaua ps miliaris. 2. maccab. 12.
Beb. Stadiũ nõ dr a stando: grecũ eñi vocabulũ est: qd iuxta ser-
uium nõ patit latinã etymologiã: latine curriculũ transfertur.
Mam. Apocrisarij. i. legati ꝛ secretarij: apocrisarius est thesaurari⁹
legatus secretarius cãcellarius: auricularius: in legenda martini
Bebel. Apocrisari⁹ cũ i latino in scda sillaba dici põt a (pape.
nobis rñsalis nã pficiscit ab apokrinomai qd est rñdeo et apocri-
sis responsum significat: põt igit dici legatus a rñdendo: non autẽ
põt dici secretari⁹ vel auriculari⁹ vt hic dicit. nã crysis vt signifi-
cat absconditũ scribit p y grecũ non i latinũ vt hic: nec itẽ põt dici
thesurarius: quasi descenderet a chrysos qd est aurum qꝛ tunc sic
esset scribendum apochrysarij per ch aspiratũ ꝛ y grecũ: Et vt ali
qñ finiã dicit laurẽti⁹ valla in antoniũ raudensem: apocrisarius nõ
aliter apud grecos est nitidũ vocabulum q̃ apud nos ambasiato-
res. quod nemo nisi barbarus dixit.
Mam. Cataclysmus a cata quod est vniuersale vel a per et clysma
quod est pars quasi omnes partes: ecclesia. 39.
Beb. O q̃ futilis et puerilis interptatio: cataclysmus cũ y greco i
penultia: latine dr diluuiũ ꝛ inundatio a para: ꝛ clysmos quod est
lotio et inundatio vel clyzo greco vbo. i. alluo: inundo demergo.
Mam. rumphea me cor. i. gladius siue spata.
Beb. rhomphea scribendum est in penultima cum ae dyphthõgo
qua pter nõ corripit sed producit mediã: valerius tñ flaccus pter
naturã dyphthongi illam corripit: cum ait lib. vj. argonau: equaqꝫ
nec ferro brevior nec rhomphea ligno: Et scribitur in principio cũ
rh aspirato.
Mam. Praxinus me: pro nam hraxi n grece dicit viride latine.

Beb. Prasinus per. s. scribendũ est nõ per. x. vt hic: ꝛ est media bre uis nõ ꝑducta: vñ marcialis: de nr̃a prasina sinthesis ẽpta toga.
Mam. Cynomiam pe. cor. i. muscam caninam psalmo. 77.
Bebel. Scribendum est Cinomyia in antepenultima cum y ꝛ pe nultima i latino: vt videre licet intuenti grecum vocabulariũ: ꝛ di citur latine musca canina: sed vt dicit hieronymus in epistola ad su niam et fretelam: in psalmo non debit legi Cinomyia id est musca canina: vt latini interpretati sunt: sed iuxta hebraicam intelligen tiam per dyphthongon debet scribi oi vt sit coenomia. i. omne ge nus muscarum. (caupones et auce.
Mam. Altilium id est auiũ nutritarũ in domo quasi alitiliũ vt sũt.
Beb. Altilia non significant tantum aues saginatas sed quecunqȝ animalia que saginantur vel in domo vel in villis vel viuarijs: id pulchre tradit. Anto. mancinellus in tribus versibus Altile opulẽ tum signat vel pingue ab alendo: Altilia appellant aĩalia que sed aluntur: Altilis vt piscis vel auis quadrupes aper vrsus. Adde ꝙ auca latinũ non est sed anser comprehendit vtrũqȝ sexũ vt probaui mus in cõmentarijs de abusione.
Mam. Polictores pe. ꝓducta dicũt humatores siue sepultores cadauerũ a pol. quod est pluralitas et lictor qđ est apparitor.
Bebel. nihil põt ineptius tradi ꝙ̃ illud falsum ꝛ puerile interpreta mentum: dicendum est enim pollinctor per. n. nõ pollictor: pollin ctores sunt qui morientiũ cadauera curabant ꝛ vngebant: non illi qui sepeliebant dicunt aũt pollinctores vt vult fulgentius placia des: quasi pollutorũ vnctores id est cadauerũ curatores: vel venit a pollincere verbo quod est curare vngereqȝ cadauera plautus sicut pollinctor dixit qui eum pollinxerat: vnde pollinctum funus di ctum a pollinctoribus vnctũ non autem dicitur a pol et lictor quo nihil potest ineptius tradi. Sandapilarij aũt dicũtur sepultores cadauerum portitores qȝ sandapilarij: Sandapila enim est feretꝝ mortuorũ quo cadauera plebeioꝝ portabant. Itẽ vespillones qua si pro eodem accipi possunt ꝛc̃.

	Theodorus		Dorotheus	
	Thessalonica		Origenes	
Mam.		Penultĩa.	Precor ꝓcocis	penultĩa.
	Sidon sidonis	Correpta	Cilicinus	producta
	Heliodorus		Zebedeus	
	Caracter		Hiacincthinus	
	Luter		Podagra	

Bebelius. Congessi hic quedã nomina studens breuitati que hinc inde sparsim et suo loco dicit mamme: esse vel producta vel corre

pta in penultima scdm q hic signatur Atsic habetote lectores vt omnia ea que hic producit corripiant. Et que posuit esse correpta producantur. Et primo de his que male corripuit. nã primo theodorus et heliodorus: et omnia composita a doron greco qd est donum et scribitur per o longum producunt do: vnde iuuenalis satyra sexta consoris tm̃ damno rapit heliodorus. Marcialis pierias vatis theodori flamma penates: sidonis pducit non corripit vnde virgilius memini sidona venire. Character eris cũ ch aspirato in principio in obliquis producit penultimã qz per ita hoc est e longum scribit. eodẽ modo luter. podagra ex natura mediã syllabam breuem habet Marcialis litigat et podagra diodorus flacce laborat. thessalonicã ciuitas producit nõ corripit penultimã. vnde claudianus. thessalonica tuos sensu dolor heret in alto. Dorotheus et alia composita a theos corripiunt penultimã vt dorothea timotheus: vnde fortunatus epus: et cũ timotheo viuere cura meo. Similiter zebedeus breuis penultima est. vnde iuuencus poeta. hinc tunc zebedei coniunx submissa rogabat. Origines penultima breui legas sic oĩa cõposita a genos qd apud nos genus designat. vt diogenes Antigenes hermogenes &c. precox pcocis penultima breui. vnde calphurnius egloga secunda insita precocibus surrepere persica prunis. hiacynthinus penultima breuis est vnde persius: hic aliquis cui circa est humeros hiacynthina lena. Item cilicinus penultima breuis. vt in multis locis videri dat &c.

Mam. Stuprum est violatio virginis.

Bebe. Stuprũ etiã ad alia se extendit vnde modestinus. ff. ad legem iu: de adul. et stu. Stuprũ in vidua vel virgine vl' puero cõmittitur Dicit item stuprum in mulieribus: vt cicero scdo de finibus bonorum: stuprata p vim lucretia a regis filio et quintilian⁹ in decla. vxor marito dixit appellatam se de stupro a priuigno &c.

Mam. Citropes hic idis est vas habens pedes inferius: a citra et pes pedis quasi citra superiorem partem habens pedes et cor. me.

Beb. Chytropedes cũ ch aspirato et y greco scribitur et sunt olle cum pedibus. a chytreus que est olla et pous. i. pes et producit mediam sed penultimam corripit &c. nõ credas aũt me reprehendere auctorẽ in orthographia cũ forsan ipse bñ scripserit: admonẽdos tñ lectores ne cum vulgo errent duxi.

Habes hic lector que tibi placitura spero. plura suo tẽpore addã: sunt eñi adhuc multe et frigide interptatiões illius opusculi. Sed plura scripturum impediuit chalcographorũ festinantia &c.

Vale ex thübingeñ.













